PRIMA JURIS CANONICI ELEMENTA

AUCTORE

SANCTO AMANTHIA

IN CATINENSI, REGIO, ET OMNIUM SICULORUM PUBLICO
GYMNASIO, INSTITUTIONUM CANONICARUM
PUBLICO ANTECESSORE,
EX MAGISTRO CAPPELLANO CURATO S. CATHEDRALIS,
AC NUNC EJUSDEM ECCLESIÆ
CANONICO.

TOMUS SECUNDUS

CATINAE,
TYPIS R. UNIVERSITATIS
STUDIORUM
1822.

INSTITUTIONUM CANONICARUM

LIBER PRIMUS

CAPUT I.

De Juris Canonici Nominibus, et Definitione.

§. I Jus Canonicum, quod revera a solo Omnipotenti Deo, tamquam a primo, et præcipuo fonte nobis derivatum demonstrabimus, variis designatur nominibus. Nunc enim Divinum, sacrumque, Ecclesiasticum nunc, nunc Pontificium appellatur. Quarum appellationum originem, causasque rimari Auditoribus nostris nunc primum hujus scientiæ limen salutantibus haud erit inutile.

§. II. Juris vocabulum pluribus modis sumitur a Jurisconsultis; ut facile liquet ex lege I., penultima et ult. *ff. De Just., et Jure*. Verum in Cap. XII. *ext. De verb. sign.* accipitur pro eo, quod justum est: ibi enim legitur, quod jure possidere idem fit, ac juste possidere. Hoc autem loco idem sonat, ac complexus legum, regularumque. Cum enim dicimus tractare de Jure Divino, aut Canonico, idem est, ac dicere de complexu legum, regularumve, quibus justum dignoscitur, et injustum.

ISTITUZIONI CANONICHE

LIBRO PRIMO

CAPO I.

De' Nomi e Definizione del Dritto Canonico

§. I. Il Dritto Canonico, che noi dimostreremo esserci derivato dal solo Onnipotente Dio, come da suo primo, e principale fonte, vien esso caratterizzato con diversi nomi. Imperochè or è chiamato Dritto Divino, e Sagro, or Ecclesiastico, or Pontificio. Delle quali denominazioni indagarne l'origine, e le cause, inutile non sarà a' nostri Uditori, che or per la prima fiata la soglia salutano di questa scienza.

§. II. Il vocabolo di Dritto da' Giureconsulti vien preso in più sensi, come facilmente si scorge dalla legge I., penultima, ed ultima, *ff de Just. et Jure.* Ma al cap. XII *ext. de Verb. signif.* vien preso per ciò, che è giusto. Dapoichè ivi si legge, che possedere per dritto, è lo stesso, che possedere per giustizia. In questo luogo però significa lo stesso che un complesso di leggi, e di regole. Imperochè, quando noi diciamo trattare del Dritto Divino, o Canonico, è lo stesso che dire, del complesso delle leggi, e regole, per cui mezzo ciò che è giusto si distingue da ciò che è ingiusto.

§. III. Canonicum a græca voce Κανον, quæ quidem generali notione accepta, in ipso etiam idiomate græco, normam sive regulam significat, ad quam tum in liberalibus, tum in mechanicis artibus opus quodque exigendum est. Verum peculiari quadam ratione æque apud Græcos, ac Latinos Auctores morum regulam, sive normam denotat. Hinc a Chrisippo lex generatim dicitur Κανον, idest regula justi, et injusti.

§. IV. Hocce nomen adoptavit Ecclesia ad suas significandas justi, injustique regulas. Refugit enim Ecclesia imperiosum legis nomen, quo uti sæculares solent Principes; ac potius Canonis græca, et leniori voce usa est. Nec recens hic usus invaluit in Ecclesia Dei. Quoniam hac voce usi sunt veteres Ecclesiæ Patres Apostolum imitati, qui non semel Canonis nomen in hac significatione, græco usurpavit idiomate; ac præsertim 2. *ad Cor.* x. *ad Galat.* vi. Quia igitur Canones completitur, apposite Ius Canonicum appellatur.

§. V. Divinum quoque appellatur a S. Gregorio Nazianzeno relato *in Can suscipitisne Dist.* x a Divo Augustino etiam relato *in Can I. Causa* 23. *quest.* vii. a S. Nicolao I. Summo Pontifice *Can.* i. *Dist.* x. ab Innocentio Papa iv. *Can. cum de diversis in* 6. Et jure quidem, meritoque; a Sancto quippe Spiritu cuncta manat Ecclesiastica legislatio, atque ejus afflatu, nutu, et gratia sacri Canones editi sunt; ut a Summis Pontificibus S. Damaso, et S. Leone jamdiu sancitum legimus, atque firmatum Can. *Violatores causa* 25. *quæst.* i. et Can. *Igitur, ead. causa quæst.* 2.

§. III. Canonico vien dalla greca parola Κανων, la quale invero presa nel suo general significato, anche nell' istesso idioma greco denota quella norma, o sia regola, giusta la quale diriger si deve una qualche opera sì nell' arti liberali, che nelle meccaniche. Ma in una certa particolar maniera egualmente appo i Greci, che appo gli Autori latini significa la norma, o sia regola di costumi. Quindi da Crisippo la legge vien generalmente chiamata Κανων, regola, cioè, di ciò, che è giusto, ed ingiusto.

§. IV. La Chiesa adottò questo nome per denotare le sue regole del giusto e dell' ingiusto. Imperocchè la Chiesa ricusò l' imperioso nome di legge, di cui servir si sogliono i Principi secolari, ed usò piuttosto la voce greca di Canone, come più mite. Ne quest' uso è introdotto da recente nella Chiesa. Dapoicchè di questa voce si sono avvaluti gli antichi Padri della Chiesa, avendo imitato l'Apostolo, che nel greco linguaggio spesse fiate usò il nome di Canone in questo significato, e particolarmente 2. *ad Cor*. x, *ad Galat.* VII. Giustamente adunque si chisma Dritto Canonico, perchè contiene i Canoni.

§. V. Vien chiamato ancor Divino da S. Gregorio Nazianzeno rapportato nel Canone Suscipitisne *Dist.* da S. Agostino rapportato pure nel Canone 1. *causa* 23. *quest.* VII. dal Sommo Pontefice S. Nicolò I. *Can.* 1. *dist*: x. dal Papa Innocenzo IV. *Can*: *cum de diversis in* 6. Ed in verità giusta, e meritamente, giacchè tutta la legislazione Ecclesiastica deriva dallo Spirito Santo, e per di lui ispirazione, cenno, e grazia sono stati prodotti i Sagri Canoni, come leggiamo esser già stato deciso, e sanzionato insin da' tempi antichi da' Sommi Pontefici S. Damaso, e S. Leone *Can*: *violatores*, *causa* 25; *quest.* 1. *e Can*: *igitur* nella stessa causa 25. quest: 2.

§. VI. Duplici sane ex capite Jus Canonicum non immerito Divini Juris titulo decoratur. Primum, quia cuncti circa Fidem Canones, et circa mores, vel nullo excepto, ex ipsius Christi ore immediate prodierunt; illos vero, quos non ipse Deus immediate revelavit; vel qui simplicem respiciunt disciplinam, ex iis, quos Deus ipse tum in Novo, tum in Veteri condidit testamento, tamquam a suis fontibus, principiisque Ecclesia elicit, deducitque, ut Generalis Concilii Lateranesis IV. infallibili oraculo sancitum jam fuit. Cujus hæc sunt verba: *Qualiter, et quando Prælatus procedere debeat ad inquirendum, et puniendum subditorum excessus, ex autoritatibus Veteris, et Novi Testamenti colligitur, ex quibus processerunt Canonicæ Sanctiones*; Can. *Qualiter, et quando*, *ext. de Accusationibus in parte decisa*. Deinde, quia Ecclesia Spiritu Sancto afflante, et dictante suas profert constitutiones, canonesque, ut ipse Jesus Christus docuit *Matth*. x. *v*. 20. *Non enim* inquit, *vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis*: et Luc. x. v. 16. *Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit*. Quamobrem non immerito divus Damasus Pontifex Maximus sancivit, æternumque stabit ejus decretum, cum loco supracitato luculenter statuit: *Violatores Canonum voluntarii graviter a Sanctis Patribus judicantur, et a Sancto Spiritu, instinctu cujus, ac dono dictati sunt, damnantur. Quoniam blasphemare Spiritum Sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sacros Canones non necessitate compulsi, sed libenter aliquid, aut proterve agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio manifeste unum genus est blasphemantium Spiritum Sanctum*:

§. VI. Per doppia ragion invero il Dritto Canonico vien meritamente decorato del titolo di Dritto Divino: Primo, perchè tutti i Canoni intorno alla Fede, ed ai costumi senza eccettuarne neppur un solo uscirono tutti immediatamente dalla bocca dell'istesso Gesù Cristo; quelli però che immediatamente non rivelò l'istesso Iddio o che riguardano la semplice disciplina li cava e li deduce come da' loro fonti e principii la Chiesa da quei, che il medesimo Iddio dettò sì nell'Antico, che nel Nuovo Testamento, come appunto fu deciso dall'infallibile Oracolo del General Concilio Lateranese IV. le di cui parole son queste = Come, e quando proceder debba un Prelato ad inquirere, e punire gli eccessi de' sudditi, si raccoglie dalle autorità dell'Antico, e Nuovo Testamento, dalle quali derivate sono le canoniche sanzioni » *Can: qualiter, et quando ext. de Accusat*: nella parte troncata: secondo, perchè la Chiesa proferisce le sue Costituzioni, e Canoni ispirandoglieli, e dettandoglieli lo Spirito Santo; come ce lo insegnò lo stesso Gesù Cristo in S. Matteo *cap.* 10. *v.* 20. » Imperocchè, disse, non siete voi, che parlate, ma è lo Spirito del vostro Padre, che parla in voi » Ed in S. Luca *cap.* 10. *v* 16 » Chi ascolta voi, ascolta me, chi disprezza voi, disprezza me. Laonde meritamente sanzionò S. Damaso sommo Pontefice, e la di lui sanzione starà sempre ferma in eterno, quando nel citato luogo chiaramente stabilì » I volontarii trasgressori de' Canoni sono gravemente giudicati da' Santi Padri, e sono dallo Spirito Santo condannati, per di cui instinto, e dono sono stati dettati. Dapoichè vengono meritamente giudicati di blasfemare lo Spirito Santo coloro, che contro i medesimi Sacri Canoni senza esser da necessità costretti, ma volentierosamente o fanno sfrontatamente qualche cosa, o dirla presumono, o a quei, che far la

quia contra eum agunt, cujus nutu, et gratia sancti Canones editi sunt.

§. VII. Ecclesiæ ergo Constitutionibus sive circa fidem, et mores, sive circa praxim, et disciplinam editis eadem obedientia debetur, et obsequium, ac Spiritui Sancto, et Jesu Christo, qui Apostolis eorumque successoribus dixit: *Non estis vos, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis: et qui vos audit, me audit qui vos spernit, me spernit*. Ac jure igitur, meritoque Jus Canonicum a SS. Patribus, a Summis Pontificibus, Generalibusque Conciliis Divini Juris titulo donatur, decoraturque; et cum appellatur Jus Divinum, rei certe convenit nomen suæ.

§. VIII. Præterea a rebus, de quibus tractat, et a personis, quæ eo potissimum utuntur, dici etiam consuevit Jus Sacrum, et Ecclesiasticum: ut quoque Jus Pontificium a potiore Omnipotentis Dei Administro, a Summo Pontifice nimirum, cujus præcipue auctoritate, potestateque nititur Jus Canonicum.

§. IX. Jus hinc Canonicum recte, meritoque definitur: *Est complexus Canonum, sive regularum, quæ a Deo Optimo Maximo vel immediate per se ipsum, vel mediate per suos Administros, Apostolos nempe, eorumque successores Episcopos, maxime vero per Summum Pontificem ad omnes homines in fidei, morum, et disciplinæ regulis informandos, et in officio continendos constitutæ sunt, eruntque.*

vogliono, spontaneamente acconsentono. Imperocchè tale presunzione è manifestamente di una specie di uomini, che blasfemano lo Spirito Santo; perchè operano contro lui, per di cui cenno, e grazia sono i Sagri Canoni prodotti.

§. VII. Alle costituzioni adunque della Chiesa o prodotte esse siano intorno a fede, o costumi, o intorno alla prasse, e disciplina, la stessa obedienza lor si deve, ed il medesimo ossequio, che allo Spirito Santo, ed a Gesù Cristo, il quale agli Apostoli disse, ed a' loro successori: Non siete voi che parlate, ma lo Spirito del Padre vostro, che parla in voi, e chi voi ascolta, ascolta me, chi disprezza voi, disprezza me. E giustamente adunque dai Santi Padri, dai Sommi Pontefici, e dai Generali Concilii il Dritto Canonico è stato onorato, e decorato col titolo di Dritto Divino, e quando appellasi Dritto Divino, vien certamente adattato alla cosa il nome suo.

§. VIII. Inoltre pelle cose, delle quali tratta, e per le persone, che di esso principalmente si servono, è solito anche chiamarsi Dritto Sagro, ed Ecclesiastico: come ancora Dritto Pontificio pel più sublime Ministro dell'Onnipotente Dio, pel Sommo Pontefice, cioè, alla cui autorità, e potestà è principalmente appoggiato il Dritto Canonico.

§. IX. Quindi il Dritto Canonico vien giusta, e meritamente definito: È il Complesso de' Canoni, o sia delle regole, che sono state, o saranno in avvenire stabilite da Dio O. M., o immediatamente da per se stesso, o mediatamente pel mezzo de' suoi Ministri, degl'Apostoli, cioè, e de' Vescovi loro successori, principalmente però del Sommo Pontefice per istruire nelle regole della fede, costumi, e disciplina gli uomini tutti, e trattenerli nell'osservanza de' loro doveri.

§. X. Diximus: A Deo O. M. Sicut enim unus est vere Dominus, et moderator omnium hominum, solus scilicet Deus, qui omnes creavit homines, moderatusque semper est, atque leges eisdem dictavit, quibus perpetuo cuncti homines obnoxii esse deberent; et primum cum in creatione rectæ eis rationis indidit lumen, quo universa pene hominis inclusit officia, legesque. Deinde, cum expresse expressam per revelationem in Veteris Testamenti Tabulis proprio suo digito easdem scripsit leges, aliasque per Moysen manifestavit; ac tertio, cum assumpta humana natura, factus homo Deus latius, perfectiusque diductas prædicavit; sic nemo hominum jure suo ullam hominibus legum ferendarum veram, propriique nominis potestatem habet, sed solus rerum omnium, hominumque Creator, et verus Dominus Deus O. M. Et homines, si qui potestatem aliquam habere videntur in terris, nonnisi tamquam ejus administri, et servi, et lato quodam sensu eam sibi arrogare possunt, nec ea sane queunt abuti ad novas cudendas hominibus leges; sed ad confirmandas, exequendasque, quas ipse Deus perpetuo valituras jam toties tulit, perfecitque: Jus ergo Canonicum cum universas, quas continet regulas (sive Canones) fidei, morum, et disciplinæ, non nisi a Verbo Dei revelato vere agnoscit sibi derivatas, (§. 5. et 6.) ac præ cæteris omnibus maxime profitetur, merito uni Deo, O. M. tamquam suo vero Auctori tribuendum esse, nemo jure potest inficias ire. Maxima sane solius Juris Canonici prærogativa, quod infallibilem Deum habet Auctorem.

§. X. Dicemmo: Da Dio O. M. Imperocchè, siccome il Signore, e moderatore di tutti gli uomini è veramente uno, il solo Iddio, cioè, che creò gl'uomini tutti, e gli ha sempre governato, e dettò a' medesimi le leggi, a cui perpetuamente esser soggetti dovessero gl'uomini tutti, ed in primo luogo, quando nella creazione diedegli il lume della retta ragione, in cui tutti quasi racchiuse i doveri, e le leggi dell'uomo; in secondo quando espressamente per una espressa rivelazione nelle Tavole del Vecchio Testamento scrisse col proprio dito le medesime leggi, ed altre manifestonne per mezzo di Mosè; ed in terzo luogo, quando assunta l'umana natura, Iddio fatto uomo predicolle più larga, e perfettamente sviluppate; in guisa che niuno degl'uomini per proprio dritto ha una potestá vera, e di proprio nome a dettar leggi agli uomini, ma il solo Iddio O. M., creatore, e vero padrone di tutte le cose, e di tutti gl'uomini. E gli uomini, se sembrano aver eglino in terra qualche potestà, arrogar non se la possono, eccetto che come di lui ministri, e servi, ed in un certo largo senso, nè abusar si possono dalla medesima per dettar agl'uomini nuove leggi; ma per confermare, ed eseguire quelle, che tante volte ha già dettato, e perfezionato l'istesso Iddio, per esser perpetuamente osservate. Il Dritto Canonico adunque, come quello, che tutte le leggi, che egli contiene, (ossia canoni) di fede, di costumi, e di disciplina non se le riconosce derivate, che veramente dalla rivelata parola di Dio, ed in preferenza di tutte l'altre leggi sopra ogn'altro il professa, niuno può giustamente negare, che meritamente attribuir si debba al solo Dio O. M., come a suo vero autore. Somma prerogativa certamente del solo Dritto Canonico che ha egli per suo autore l'Infallibile Dio.

§. XI. Diximus 2. Vel immediate: Sacrosancta enim Tridentina Synodus *Sess.* 4 *c.* 1. decrevit: *Evangelium Dominus noster Jesus Christus Dei Filius proprio ore primum promulgavit, deinde per suos Apostolos tamquam fontem omnes, et salutaris veritatis, et morum disciplinæ omni creaturæ prædicari jussit: perspiciensque hanc veritatem, et disciplinam contineri in libris scriptis et sine scripto Traditionibus quæ ab ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ etc.* Ex his sacrosanctæ Synodi verbis liquido patet omnem, et salutarem veritatem fidei, et morum disciplinæ ab ipsius Christi ore immediate prodiisse. Regulæ ergo fidei, et morum disciplinæ, quas complectitur Jus Canonicum ab ipso Deo immediate constitutæ sunt.

§. XII. Diximus 3. Vel mediate per suos Administros, Apostolos nempe, eorumque successores Episcopos: cum enim omnium Dominus Jesus Christus, juxta mox allata verba sacrosancti Tridentini Concilii *proprio ore has regulas primum promulgavit, deinde per suos Apostolos omni creaturæ prædicari jussit,* plane intelligimus, has regulas veritatis, et morum disciplinæ ad nos mediate pervenisse, per medium scilicet Apostolorum, eorumque successorum.

§. XIII. Quædam insuper regulæ sunt, quas Dominus Jesus non expresse promulgavit, verum in iis, quas docuit, implicite continebantur, et quas Apostoli pro re nata enucuerunt, docueruntque: sunt et quædam, quas eodem modo nec Dominus Jesus, nec Apostoli expresse prædicaverunt, quæ tamen in iis inerant implicitæ, et quas Apostolorum successo-

§ XI. Dicemmo 2. = O immediatamente = Imperocchè il Sagrosanto Tridentino Concilio *Seff. 4. c. 1.* Decretò: Gesù Cristo Signor nostro, Figliuolo di Dio promulgò prima colla sua propria bocca il Vangelo, dippoi comandò, che come fonte di ogni e salutare verità, e disciplina di costumi per mezzo degli Apostoli predicato venisse a tutte le creature: E scorgendo, che questa verità, e disciplina è contenuta nei libri scritti, e nelle tradizioni senza scritto, le quali dalla bocca dello stesso Gesù Cristo dagli Apostoli ricevute etc. Da queste parole del Sagrosanto Concilio chiaramente si scorge, che ogni, e salutevole verità di fede, e disciplina di costumi immediatamente provenne dalla bocca del medesimo Gesù Cristo. Le regole dunque di fede, e disciplina di costumi, che contiene il Dritto Canonico, sono state immediatamente stabilite dal medesimo Dio.

§. XII. Dicemmo 3. = O mediatamente per mezzo de' suoi Ministri, gl'Apostoli, cioè, ed i Vescovi loro successori = Imperocchè avendo Gesù Cristo Signore di tutti (giusta le testè rapportate parole del Sagrosanto Tridentino Concilio) primariamente promulgate queste regole con la sua propria bocca, comandò posteriormente predicarsi ad ogni creatura per mezzo de' suoi Apostoli, chiaramente comprendiamo, che queste regole di verità, e disciplina di costumi pervennero a noi mediatamente per mezzo, cioè, degl' Apostoli, e de' loro successori.

§ XIII. Vi sono inoltre certe regole, che il Signore Gesù espressamente non promulgò, ma che erano gli implicitamente contenute in quelle, che predicò, e che gli Apostoli secondo si offeriva l'occasione le estrassero e le insegnarono: ve ne sono anche alquante, che nella stessa guisa, ne il Signore Gesù, ne gl'Apostoli espressamente le predicarono, le quali tuttavia involte

res Episcopi, data occasione, ex iis, quas Jesus, quas Apostoli expresse constituerant, explicuerunt, eduxeruntque. Erunt et fortasse, quae adhuc hærent implicitæ, et adveniente utilitate, vel Ecclesiæ necessitate, a futuris Episcopis lucem habebunt. In iis, denique, quas Jesus, quas Apostoli, eorumve ediderunt successores, quædam quoque inveniuntur expresse, sed non ea quidem claritate ut ab hominibus omnium temporum, et sæculorum facile et sine ulla dubietate accipi æque possint et concipi: ac ideo pro temporum, hominumque varietate aliqua indigeant explicatione, et luce. Cum ergo pro magna rerum, temporum, hominumque varietate plures hujusmodi regulas, Spiritu Sancto dictante (§. 5. et 6.) ediderint Episcopi, quæ omnes nostri Juris magnam faciunt partem; et quamvis visibiliter, et immediate nos eas ab Episcopis, accepimus; invisibiliter tamen, et mediate nobis proveniunt a Jesu Christo, utpote qui Apostolis, eorumque successoribus Episcopis ad bene implendum suum prædicandi, docendique munus Ecclesiamq. regendi, Sanctum dedit Spiritum, eisque adfuturum se promisit omnibus diebus usque ad consumationem sæculi, ut ex *Matth.* 28. *v.* 19. *et seg* atque ex iis, quæ adhuc probata sunt, fecile intelligitur.

§. XIV. Diximus 4. Maxime vero per Summum Pontificem: inconcussum fidei dogma est, in ipsis sacris Evangeliis pluries expressum, et ab omnibus pene Conciliis tam particularibus, quam generalibus contra Hæterodoxos agnitum, et confirmatum, inter omnes Episcopos, cæterosque Ecclesiasticæ Hierarchiæ gradus Summum Romanum Pontificem, maxima, sin-

erano in quelle, e che i Vescovi successori degl'Apostoli, venuta l'occasione, le svilupparono, e le dedussero da quelle, che stabilito espressamente aveano e Gesù Cristo, e gl'Apostoli. Forse anche ve ne saran di quelle, che ancor restano implicite, e che sopravenendo l'utilitá, o la necessità della Chiesa, riceveranno la luce da' Vescovi futuri. In quelle cose finalmente, che Gesù Cristo, che gl'Apostoli produssero, ed i loro successori, se ne trovano pure alquante, che sono espressate, ma non già con tale chiarezza, che intese esser possano, e comprese con egual facilità, e senza alcuna dubietà dagli uomini di tutti tempi e secoli: e che perciò secondo la varietà de' tempi, e degl' uomini, di qualche spiegamento abbisognano, e di luce. Costa dunque, che per la gran varietà delle cose, de' tempi, e degl' uomini, i Vescovi per dettame dello Spirito Santo (§ 5. e 6.) han prodotto molte regole di questa sorta, le quali tutte formano una gran parte del nosto Dritto Canonico; e che sebene visibilmente, ed immediatamente le abbiam dai Vescovi ricevute, tuttavia invisibilmente, e mediatamente provenute si sono da Gesù Cristo, come quegli, che agl'Apostoli, e Vescovi loro successori, onde poter ben adempire il loro incarico di predicare, istruire, e governar la Chiesa diede lo Spirito Santo e lor promise di assisterli in tutti i giorni sino alla fine del tempo, come facilmente s' intende dal capo 28 v. 19. e segnenti di S. Matteo, e da quanto abbiam sinora provato.

§. XIV. Dicemmo 4. » Principalmente però per mezzo del Sommo Pontefice » È un articolo incontrastabile di Fede, espressato più volte ne' medesimi Sagri Evangelii, e riconosciuto, e confirmato contro gl' eretici da tutti quasi i Concilii sì particolari, come generali, che il Sommo Romano Pontefice fra tutti i Vescovi, e gl'altri gradi dell' Ecclesiastica Gerarchia, in tutta la

gularique prærogativa, in universa Ecclesia, Jure Divino, Primatum non modo honoris, et dignitatis, verum etiam, et potestatis, ac auctoritatis obtinere, istoque nomine Cathedra Romana ab Oecumenico Lateranensi Concilio 4. *Universorum Christi fidelium Mater, et Magistra dicta fuit* (*c. 23. ext. de Privil.*) Quare facile intelligimus, homines in fidei, morum, et disciplinæ regulis maxime per Summum Pontificem esse informandos; et siquæ regulae, fidei, morum, vel disciplinæ fuerint edendæ, maxime per eum, constituantur, oportet. Quod, et qua fit ratione, latius, clariusque explicabimus inferius, cum peculiaris erit sermo de Summo Pontifice, de Episcopis, et de Conciliis.

§. XV. Diximus 5. Ad omnes homines informandos etc. Ad omnes enim homines Jesus Christus suos ad prædicandum, docendumque Evangelium misit Apostolos, eorumque successores Episcopos, dicens: *Ite in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ* (Marc. 16. v. 14) *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti; docentes eos servare, quæcumque mandavi vobis; et ego vobiscum ero omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* (Matth. 28. v. 19.) Quod etiam confirmat, docetque S. T. Concilium supra allatum in illis verbis: *Evangelium deinde per suos Apostolos tamquam fontem omnis, et salutaris veritatis, et morum disciplinæ omni creaturæ prædicari jussit.* Non importune ergo in definitione posuimus: ad omnes homines informandos, regendosque.

§. XVI. Nec porro huic nostræ officit propositioni, quod multi Canones sint, qui conditi directe videntur ad informandos, regendosque illos solos ho-

Chiesa, per una somma, e singolare prerogativa possiede per Dritto Divino il Primato non solamente di onore, e dignità, ma puranche di potestà, e di autorità, e per questo rapporto la Cattedra Romana fu dal General Concilio Lateranese IV. denominata madre, e maestra di tutti i fedeli di Gesù Cristo (Can. 23. art. de Privilegiis). Ragion per cui facilmente comprendiamo, che gl' uomini nelle regole di fede, di costumi, e disciplina devono essere istruiti principalmente dal Sommo Pontefice, e che se formar si debbano delle regole di fede, di costumi, e disciplina, fa di mestieri, che siano prodotte principalmente da lui. Locchè come, ed in qual maniera si effettua, più diffusamente, e chiaramente lo spiegaremo appresso, quando in particolar si parlerà del Sommo Pontefice, de' Vescovi, e de' Concilii.

§ XV. Dicemmo 5 » Ad istruire tutti gl' uomini etc. » Imperocchè Gesù Cristo spedì i suoi Apostoli, ed i Vescovi loro successori a predicare, ed istruire gli uomini tutti, dicendo » Andate in tutto il Mondo, predicate il Vangelo ad ogni creatura » (Marc: 16. v. 14.). Andando istruite tutte le genti, battezandoli in nome del Padre, e del Figliuolo, e dello Spirito Santo, insegnandoli di osservare tutte le cose, che io vi ho comandato, ed io sarò con voi in tutti i giorni sino alla consumazione del secolo » (Matt. 28. v. 29.): Locchè pure conferma, ed insegna il Santo Tridentino Concilio di sopra rapportato in quelle parole: comandò dippoi, agli Apostoli di predicare ad ogni creatura il Vangelo, come fonte d' ogni, e salutevole verità, e disciplina di costumi: nella definizione adunque non abbiam malamente posto: per istruire, e reggere gli uomini tutti.

§ XVI. Nè a questa nostra preposizione alcun pregiudizio reca l' esservi molti Canoni, che sembrano direttamente fatti per istruire e reggere quegli uomini soli, che ubbidiscono al Vangelo. Imperocchè,

mines, qui obediunt Evangelio. Sicut enim Dominus Jesus suos misit Apostolos, eorumque successores ad cunctos homines informandos, cunctique homines dicto audientes esse debuerunt, et debent Deo, ejusque Administris, quibus suo ipse dixit ore *Luc.* 10|*v.* 16. *Qui vos audit, me audit, qui vos spernit me spernit*: nec ex eo, quod non omnes homines obediunt Evengelio, jure inferri potest, quod Apostoli, eorumque successores ad omnes homines missi non sint et etiam ad illos, qui Evangelio non obediunt: cum dogma Fidei sit Apostolos a Jesu Christo missos tunc fuisse ad prædicandum Evangelium omni creaturæ quando creaturarum quasi nemo obediebat Evangelio; ita nec Apostolos, eorumque successores, dici posset, suo legationis officio bene esse functos, si non ad omnes homines informandos, sed ad solos Christifideles, qui tunc nulli penitus erant, se suamque dirigerent prædicationem Evangelii, in quo uno cunctæ includuntur regulæ Fidei, morumque disciplinæ: nec ex eo, quod non omnes homines illas accipiunt regulas, idest Evangelium, merito dici potest, quod Dei, ejus Apostolorum, Episcoporumque intentio in illis Fidei, morumq. disciplinæ regulis condendis non ad omnes feratur informandos homines, ac etiam eos, qui illis dicto audientes non sunt, cum alioquin esse debent, ut ipsi Deo, sic et ipsius Administris. Ratio aliter non appareret, propter quam infideles suæ inobedientiæ pœnas luere adigentur æternas, si ad finem usque perseveraverint in ea.

§. XVII. Diximus 6. In Fidei morum, et disciplinæ regulis: Sunt enim quædam a *Deo* revelatæ regulæ, quæ homines dirigunt circa credenda, circa ea scilicet, quæ nos credere oportet de Dei Essentia, Existentia, Attributis, ac de immediatis ejus operationi-

siccome il Signore Gesù i suoi Apostoli spedì, ed i loro successori ad istruire gli uomini tutti, e tutti gli uomini prestar si dovessero, e devono ubbedire a Dio; ed a' di lui ministri, a quali egli di sua stessa bocca disse *Luc.* 10. *v.* 16. » Chi ascolta voi, ascolta me, chi disprezza voi, disprezza me » ne perciò, che non tutti gli uomini non obbediscono al Vangelo, si può giustamente inferire, che gli Apostoli, e loro successori non siano stati spediti a tutti gli uomini, ed anche a quelli, che al vangelo non obbediscono, mentre è un Domma di Fede, che gli Apostoli furono da Gesù Cristo mandati a predicare il Vangelo ad ogni creatura in quel tempo appunto, quando niuno quasi delle creature ubbidiva all' Evangelio; così dir non si può che gli Apostoli, ed i loro successori abbiano ben eseguito l'incarico della loro ambasceria, se diretto non avessero se stessi, e la loro predicazione del Vangelo, nel quale solo tutti contengonsi le regole di fede, e disciplina di costumi, se non si fossero diretti, io diceva, ad istruire tutti gli uomini, ma solamente a'fedeli Cristiani dei quali allora non ve n' era affatto: ne perciò, che non tutti gli uomini accettano quelle regole, cioè, il Vangelo, dir giustamente si può, che l' intenzione di Dio, de' di lui Apostoli, e de' Vescovi in formare quelle regole di fede, e disciplina di costumi diretta non sia ad istruire gli uomini tutti, ed anche a quei, che obbedienti non vi si prestano quando per altro lo devono, come allo stesso Dio, così ai di lui Ministri. Non apparirebbe altrimente la ragion, per cui gl' infedeli saranno obligati a pagare eternamente le pene della loro inobbedienza, se nella medesima perdurati saranno sino alla fine.

§. XVII. Dicemmo 6. » Nelle regole della fede, de' costumi, e della disciplina » Imperocchè vi sono alquante regole da Dio rivelate, che diriggono gli uomini intorno le cose, che devono credere, intorno a quelle cose, cioè, che noi creder dobbiamo su l' Es-

bus, et quæ proxime, et explicite non respiciunt, nec dirigere videntur actiones hominum. Hæ regulæ peculiari nomine vocantur regulæ Fidei, vel dogmata, quæ revera, quamvis non proxime, et explicite, ut nunc ajebamus, remote tamen, et implicite, et ut praemissae in consequentiam, in dirigendas hominum actiones principaliter influunt. Ut e. g. Dogmata, seu regulae sunt fidei, quod Deus existit, et est infinite bonus, hominumque Creator, et Dominus. Quamvis hae regulae adregendam fidem circa credenda videntur expresse, et proxime esse directae, et ideo veraciter Dogmata, et regulae dicuntur fidei; tamen indirecta quadam ratione, et per consequentiam dirigunt quoque mores. Nam ex his iisdem fidei regulis necessario sequitur, quod omnes homines debent ex toto corde, ex tota mente, ex totis viribus suis Deum amare, eique totas animi, corporisque actiones dicare, tum quia Deus infinita bonitas est, idest, infinite amabilis, tum quia cuncta, quae homo in animo habet, et corpore, a Deo revera habet, eique tamquam ejus propria retribuere omnino debet, ac pro acceptis hujusmodi beneficiis perpetuas gratias agere, obedire, orare, et cætera omnia hominis officia erga Deum, erga se ipsum, et erga cæteros præstare; quæ quidem universa vel ab una existentia Dei tamquam a plenissimo veritatis fonte facillimo deducuntur negotio: atque ita regulæ Fidei indirecte, et per inductionem indicant quoque quid homo facere debet, aut non, ejusque dirigunt mores, et actiones.

§ XVIII. Sunt et quædam regulæ a Deo item revelatæ, quæ directe, et immediate actiones homi-

senza, Esistenza, ed Attributi di Dio, e su le immediate sue operazioni, e che immediatamente, edesplicitamente non riguardano, ne sembrano dirigger le azioni degli uomini. Queste regole con particolar nome vengon chiamate chiaramente regole di fede, o Dommi, le quali in realità seben non direttamente ed esplicitamente, come testè dicevamo, inderettamente tuttavia, ed implicitamente, e come le premesse nella conseguenza, principalmente influiscono a diriggere le azioni degli uomini. Come per cagion di esempio, sono dommi, e regole di fede, che Iddio esiste, e che è infinitamente buono, creatore, e padrone degli uomimini. Seben queste regole sembrano esser esplicitamente, e prossimamente dirette a regolar la fede circa le cose da credersi, e per questo sono con verità chiamate regole di fede, purnondimeno in una maniera indiretta, e per conseguenza diriggono ancora i costumi. Imperocchè da queste medesime regole di fede necessariamente ne siegue, che tutti gli uomini devono con tutto il cuore, con tutta la mente, e con tutte le loro forze amare Dio, ed a lui consagrare le azioni tutte dell'animo, e del corpo sì, perchè Iddio è infinita bontà, cioè, infinitamente amabile, come ancora perchè tutte quelle cose, che l' uomo ha nell'anima, e nel corpo, le ha in realtà ricevute da Dio, e tributar gliele deve intieramente come di lui proprie, e perpetuamente ringraziarlo per tali ricevuti beneficii, obbedirlo, pregarlo, e prestare tutti gl' altri officii dell' uomo verso Dio, verso se stesso, e verso gli altri, quali officii tutti in verità facilissimamente si deducono dalla sola eziandio Esistenza di Dio come da pienissimo fonte di verità: ed in questo modo le regole di fede indirettamente, e per induzione indicano ancora ciò, che l' uomo deve fare, ed i di lui costumi diriggono, ed azioni.

§. XVIII. Vi sono anche certe regole da Dio pure rivelate, che diretta, ed immediatamente riguar-

num respiciunt dirigendas: ut est: *Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex totis viribus tuis, et proximum tuum sicut te ipsum.* Hæ regulæ et aliæ cunctæ, quæ quid agendum, vel non agendum enunciant, sub speciali veniunt nomine disciplinæ morum, vel simpliciter audiunt regulæ morum. Nec ideo tamen regulæ quoque desinunt esse fidei. In hoc enim ipso, quod jubent, regulam constituunt fidei. Ut e. g. Est regula morum, diliges proximum tuum, sicut teipsum: verum, quia hæc eadem propositio non solum prescribit quonam debent amore se invicem homines prosequi, sed indicat etiam, docetque, quod homines teneantur ad hoc, ita ut, diceretur in fide deficere, qui diceret, non teneri homines diligere proximum suum sicut seipsos; ideo est quoque regula fidei. Verumtamen, quia immediate respicit mores, regitque, ideo appellatur regula disciplinæ morum ad distinctionem illarum regularum quæ immediate hominum non respiciunt actiones.

§. XIX. Non sine utilitate, ac veritate hasce morum disciplinæ regulas in duas nonnulli distingunt species; sed numeris omnibus absolutam, nitidamque non afferunt distinctionem, nec inter se plane conveniunt. Cum vero hæc distinctio maxime necessaria sit, et utilis ad dignoscendum, quasnam regulas disciplinæ morum, et qua ratione Ecclesia valeat immutare, et quasnam, et quare minime possit, et cum hæc vere magni momenti res sit, propterea veram, claram, germanamque distinctionem serio cudere, operæ prætium esse arbitrati sumus.

§. XX. Morum profecto regulæ, quæ in Libris Sacris Veteris, et Novi Testamenti divinitus scriptæ

dano il regolamento delle azioni umane: come è » Amerai il Signore Dio con tutto il tuo cuore, con tutta l'anima tua, con tutte le tue forze, ed il prossimo tuo come te stesso » Queste regole, e tutte l'altre, che esprimono ciò, che farsi, e non far si deve, con particolar nome chiamate vengono regole di disciplina, di costumi, o semplicemente regole di costumi: nè purnondimeno lasciano per ciò, di essere regole anche di fede. Imperocchè in ciò medesimo, che prescrivono, una regola di fede anche costituiscono. Come per cagion di esempio: è regola di costume: Amerai il tuo prossimo, come te stesso: ma perchè, questa medesima proposizione non solamente prescrive il modo, con cui gli uomini debbano scambievolmente amarsi, ma indica ancora, ed insegna, che gli uomini sono a tanto fare obligati, in guisa che si direbbe mancar nella fede colui, che dicesse, non esser gli uomini tenuti ad amare il prossimo suo, come se stessi; per questo rapporto è ancor regola di fede. Pur tuttavia, perchè immediatamente riguarda, e regola i costumi, si chiama perciò regola di disciplina de' costumi a distinzione di quelle regole, che immediatamente le azioni degli uomini non riguardano.

§. XIX Non senza utilità, e verità molti distinguono queste regole di disciplina di costumi in due specie; ma non ci arrecano una distinzione nitida, e compita in tutti i punti, e neppur convengono perfettamente fra loro. Essendo però questa distinzione sommamente necessaria, ed utile per conoscere quali regole mai di disciplina di costumi, e per qual raggione cambiar può la Chiesa, e quali, e per qual raggione non puo, ed essendo questa veramente una cosa di grande importanza, abbiam per tanto giudicato esser pregio dell'opera formare seriamente una vera, chiara, e genuina distinzione.

§. XX. Per veritá le regole de' costumi, che per opera divina scritte si leggono ne' Sagri Libri dell'An

leguntur, magna ex parte non sunt, nisi ipsa eadem naturalia Decalogi præcepta, in Veteri quidem Testamento confirmata, in Novo vero plenius, latiusque diducta, et ad totius suae perfectionis summum explicata fastigium. Hae regulae utpote ab infallibili, immutabilique veritatis purissimo fonte emanatae immutabiles et ipsae sunt, infallibilesque, ut ipse Deus Optimus, Maximus. In his propterea regulis, sicut in regulis quoque fidei, nec Deus ipse, nec Apostoli, nec successores eorum aliquid addere, aliquid demere, nec aliquid demum possunt immutare, sed solum eas, prout sunt revelatae, docere, confirmare, explicare, et a sophismatibus vindicare: Dogmatum item, et divinorum præceptorum confirmationes, explicationesque, quas Deus ipse, vel Ecclesia protulerit, eamdem induunt ipsorum Dogmatum, et divinorum praeceptorum infallibilitatem, et immutabilitatem. Omnes ergo regulae, quae de Decalogi praeceptis, eorumque confirmationibus, et explicationibus tum in Veteri, Novoque Testamento ab ipso Deo immediate conditae, tum mediate per Prophetas, Apostolos, eorumque successores editae fuere, omnes, inquam, hae regulae vocantur simpliciter regulae morum, vel morum praecepta.

§. XXI. Sunt denique, et aliae regulae tum in Veteri, Novoque Testamento ab ipso Deo immediate, tum ab Ecclesia editae circa media, quae adhibenda essent, ut et praedicatio Evangelii, eruditioque populorum obtineri facilius posset, deberetque, et ut post acceptam notitiam veritatis populi in puritate acceptae doctrinae, in divinorum praeceptorum observantia, et in divinorum Sacramentorum recto, frequentique continerentur usu. Regulae ergo, quae circa haec versantur media, regulae appellantur simplicis disciplinae.

tico, e Nuovo Testamento, in gran parte altre non sono che gli stessi medesimi naturali precetti del Decalogo confermati certamente nel Vecchio Testamento, più perfettamente però, e più diffusamente dilucidate nel Nuovo, e sviluppate sino al più alto grado di tutta la loro perfezione. Queste regole come provenute dall' infallibile, ed immutabile purissimo fonte della verità, immutabili sono esse ancora, ed infallibili come lo stesso Iddio Ottimo Massimo. Per tal ragione in queste regole, siccome pure nelle regole di fede nè lo stesso Iddio, nè gl'Apostoli, nè i loro successori aggiunger possono cosa alcuna, nè finalmente cambiare alcuna cosa; ma solamente insegnarle come sono state rivelate, confermarle, spiegarle, e difenderle da'sofismi: le confermazioni ancora, e le spiegazioni, che Iddio stesso, o la Chiesa ha prodotto de' Dommi, e de' Divini Precetti, vestono essi la medesima infallibilitá, ed immutabilità de' medesimi Dommi, e Divini Precetti. Tutte dunque le regole, che sono state formate su i precetti del Decalogo, e sulle loro confermazioni, ed esplicazioni sì nell'Antico, e Nuovo Testamento immediatamente da Dio, come pure mediamente stabilite per mezzo de' Profeti, degli Apostoli, e de' loro successori, tutte queste regole, io dico si chiamano semplicemente regole di costumi, o precetti di costumi,

§. XXI. Vi sono finalmente anche altre regole tanto nell'Antico, e Nuovo Testamento stabilite immediatamente dal medesimo Dio, come pure dalla Chiesa intorno i mezzi, che adoperar si dovessero acciò si potesse, e si dovesse più facilmente eseguire la predicazione del Vangelo, e l'istruzione de' popoli, ed acciò dopo ricevuta la notizia della verità, venissero i popoli contenuti nella purità della ricevuta dottrina, nell'osservanza de' divini comandamenti, e nel retto, e frequente uso de' divini Sagramenti. Le regole adunque, che si versano intorno a questi mezzi, vengon chiamate regole di semplice disciplina.

Scholion. Hujus generis regularum Jesus Christus exemplum nobis reliquit in Evangelio, cum *Luc.* IX. *et* X. convocatis primum septuaginta duobus discipulis, ac dein duodecim Apostolis, *misit illos praedicare Regnum Dei, et sanare infirmos, et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque calceamenta, neque duas tunicas habeatis; et in quamcumque domum intraveritis manducate, quae apponuntur vobis. Dignus est enim operarius mercede sua.* Initio nimirum praedicationis, siquid lucri ex praedicatione, et patratis miraculis cepissent Apostoli, nec levia, nec pauca ipsius praedicationis fructui parta impedimenta fuissent, et praejudicia, tum ex parte Apostolorum, discipulorumque, cum ex parte auditorum, ex quibus fortasse increduli nonulli falso dicere ausi fuissent, turpis lucri gratia eos praedicare, 'et ita a veritate accipienda, et Evangelio alios avertere', et alienare satagissent, validumque praedicationi parassent impedimentum. Propterea Dominus Jesus quamvis eodem docuisset loco, quod Apostoli operantes praedicando Evangelium, digni essent mercede sua, ad haec tamen, et hujusmodi alia removenda obstacula, quae juxta illorum temporum et personarum conditionem exoriri potuissent, ad majorem scilicet praedicationis facilitatem, fructumque promovendum, jussit, nequid ferrent in via, neque virgam, neque peram, neque panem, sed manducarent, quae apponerentur illis. Idem autem Jesus Christus, mutatis rebus, et temporum circūstantiis, dixit illis, (*Luc.* 22 *v.* 15.) *Quando misi vos sine sacculo, sine pera, sine calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: nihil: dixit ergo eis: sed nunc, qui habet sacculum, tollat similiter, et peram, et qui non habet, vendat tunicam suam, et emat gladium.* Hujusmodi generis disciplinae sunt fermepraecepta caeremonialia, ac judi-

Scolio : Di questa sorta di regole ce ne lasciò Gesù Cristo l'esempio, quando *Luc.* 9, *e* 10. convocati in primo luogo i settanta due discepoli, ed indi i dodici Apostoli, li mandò a predicare il Regno di Dio, e sanare gl' infermi, e lor disse » Non state a portar nulla per la via, nè verga, nè tasca, nè pane, nè denaro, nè calzari, e non state neppur ad avere due sottane; ed in qualunque casa entrati sarete, mangiate quelle cose che vi saranno date a mangiare. Dapoicchè l'operario è degno della sua mercede » Nel principio della predicazione in verità, se per la predicazione, e per l'operare miracoli un qualche lucro ricavato avessero gli Apostoli; nati ne sarebbero ne leggieri, ne puochi ostacoli, e pregiudizii al frutto della stessa predicazione, tanto per parte degli Apostoli, e de'discepoli, come pure per parte degl' uditori, dei quali alcuni increduli forse ardito avrebbono di dir falsamente, che predicavano per causa di disdicevole guadagno, ed assai così avrebbon fatto per svagare, e frastornare gl'altri dal ricevere la verità, e l'Evangelio, ed alla predicazione un forte impedimento opposto avrebbono. Per tal ragione il Signore Gesù, seben nel medesimo luogo avesse egli insegnato, che gli Apostoli fatigando nella predicazion del Vangelo erano degni della lor mercede; per levar tuttavia questi, ed altri simili ostacoli, che giusta la condizion di quei tempi, e persone avrebbon potuto nascere, per promuovere, cioè, la maggior facilitazione, e frutto della predicazione, comandò di non portar per via cosa alcuna, nè verga, nè sacca, nè pane, ma di mangiare quelle cose che approntate gli venissero. Lo stesso Gesù Cristo però, cambiate le cose, e le circostanze de' tempi lor disse *Luc.* 22 *v.* 35. » Quando vi mandai senza sacco, senza tasca, senza calzari, vi mancò forse una qualche cosa? » quegli dissero: niente: disse dunque loro: Ma ora, chi ha il sacco, prenda nella stessa guisa anche la ta-

cialia quaedam Veteris Testamenti a Deo quidem revelata, et constituta ad continendos Hebraeos in recta fide, et divinorum praeceptorum custodia, et plurimi quoque Canones qui nostrum componunt Jus Canonicum.

§. XXII. Has simplicis disciplinae regulas potest Ecclesia addendo mutare, vel detrahendo, veteres abrogando, et novas condendo, cum id ad facilius inducendam Evangelii veritatem, ad tuendam doctrinae puritatem, ac divinorum praeceptorum observantiam, rectumque denique et frequentem Sacramentorum usum promovendum, fovendumque magis expedire judicaverit. Cum enim suprema lex prudentiæ, et regiminis sit, ad finem consequendum aptiora seligere media, respuere inepta, cumque hujus generis media ex presenti rerum, hominumque statu specificam plerumque ad finem assequendum suam accipiant aptitudinem; et cum pro rerum, hominumque conditione, et varietate, iste rerum, hominumque status sit vicissitudini obnoxius, et persaepe imo contingat, ut quod olim ad finem aptius erat, mutatis postea temporibus, evadat ineptum, alia poscat remedia tempus; luce clarius patet, haec media esse ipsa sua natura mutabilia, Ecclesiamque posse, imo etiam divina lege teneri, ea penitus mutare, cum ad assequedum illum divinum finem id rem poscere judicaverit. Hinc plane quoque intelligitur, quod Ecclesiae potestas amplior sit circa has simplicis disciplinae regulas, quam circa illas fidei, et morum, in quibus, ut dixeramus, nihil addere, demere, vel immutare potest sed docere tantum, et explicare.

sca, e chi non ha spada, si venda anche la tonica, e se la compri. Di questa sorta di disciplina sono quasi tutti i precetti ceremoniali, ed alcuni anche giudiziarii dell'Antico Testamento da Dio certamente rivelati, e stabiliti per trattener gl'ebrei nella retta credenza, ed osservanza de' divini comandamenti, e moltisimi Canoni ancora, che compongono il Dritto Canonico.

§. XXII. Queste regole di semplice disciplina la Chiesa cambiar le *può*, aggiungendo, o scemando, levando via *le* antiche, e formandone delle nuove, quando giudicato l'avrà più espediente ad introdurre più facilmente la verità del Vangelo, a mantener la puritá della dottrina, e l'osservanza de' divini comandamenti, ed a promuovere finalmente, ed a fomentare il retto, e più frequente uso de' Sagramenti. Dapoichè essendo suprema legge di prudenza, e di governo lo scegliere i mezzi più adatti a conseguire il fine, e rigettare i disadatti, ed essendo che i mezzi di tal sorta ricevono per lo più la specifica attitudine a conseguire il fine dallo stato corrente delle cose e degli uomini, ed essendo, che questo stato delle cose, e degli uomini giusta la varietà, e condizione degli uomini, e delle cose, è egli soggetto a cambiamenti, ed anzi spesso avviene, che ciò, che un tempo era adatto al fine, mutati poscia i tempi, divenga disadatto, e *ricerca il tempo* altri rimedii; più chiaro della luce si scorge, che questi mezzi di sua stessa natura siano mutabili, e che la Chiesa possa, anzi sia pure dalla divina legge obligata a cambiarle affatto, qualor giudicato avrà, che ciò richiedo l'affare per conseguire quel fine divino. Quindi manifestamente si intende ancora, che la potestà della Chiesa è più estesa su queste regole di semplice disciplina, che su quelle di fede. e di costumi, nelle quali, come dicevamo, niente può aggiungere, scemare, o cambiare, ma insegnar solamente e dichiarare.

§. XXIII. Hinc rursus facile intelligimus, quod omnes homines ea lege, qua tenentur excipere, atque servare regulas fidei, et morum, eadem regulas simplicis disciplinae excipere teneatur, et servare. Quo enim jure quis obligatur ad finem, eodem plane obligatus est et ad media. Regulae autem simplicis disciplinae sunt media ad accipiendas, servandasque regulas fidei, et morum. Sicut ergo jure divino, et naturali obligant regulae fidei, et morum, eodem obligant quoque regulae simplicis disciplinae.

§. XXIV. Finis demum universi Juris Ecclesiastici triplex est: unus quidem remotior, et ultimus, qui totus supernaturalis est, felicitas nempe æterna in altera vita, juxta illud Evangelii (*Marc.* 16 *v.* 14) *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ: Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit; qui autem non crediderit condemnabitur.* Secundus qui revera proximus est, et immediatus, eruditio est, et exercitatio omnium virtutum, quae in regulis fidei, morum, et disciplinæ continentur, et sine quibus felicitas æeterna obtineri non potest, juxta illud (*Matt.* 28. *v.* 19.) *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, docentes eos servare, quæcumque mandavi vobis.* Tertius, qui remotus quoque est sed naturalis, et non ultimus finis, est apex, et culmus universarum, quae in Terris haberi possunt verae felicitates. Cum enim vera, solidaque felicitas non nisi vera, solidaque obtinetur virtute, et universae verae, solidaeque virtutes nonnisi in divinis fidei, morum, et disciplinae continentur regulis, nemo jure inficias ibit, quod Juris Ecclesiastici finis sit quoque, cunctos homines ad apicem, columenque e-

larmino auctore, aut eadem ipsa potius evidentia rei; ad obstruendas omnes omnino vias, quibus Ecclesiastica propugnatur Monarchia, seu Primatus Divi Petri, impius ille Hæresiarca. Monarchicum regimen omnium esse deterrimum blateravit, ut inde invincibiliter concluderet: Ergo Optimus, qui optima gignit, Deus hanc in sua Ecclesia instituere non potuit deterrimam regiminis formam; si e contra Sancti Patres ad hujusmodi prælia descendunt invicti; si hujusmodi prælia ineunt, sudantque pugnando cuncti Ortodoxi Theologi; facile intellectu est, quam male de Ecclesia, quam male de Primatu Summi Pontificis, quam male de dogmatibus inde sequentibus, quam male de ecclesiastica, et sæculari Monarchia, quam male denique de veritate alioquin evidentissima, et de Ortodoxis Thelogis omnibus, quam male, inquam, meriti fuerint concti illi Nostrates, qui novis studentes rebus, partibusque Calvini, vel certe divitibus blandientes Calvinianis, veluti furore novo, novaque dementia capti Monarchiæ alioquin sacræ Democratiam anteposuere, seu verius tyrannam Aristocratiam, eamque summis extulerunt laudibus carmina quoque, licet insulsa, scriptitantes, et odas, addentes insuper nihil id Religionis interesse, cum revera, ut jam luce clarius demostratum est, hujusmodi armis seu opinionibus ima concutiuntur, oppugnanturque Sanctissimæ nostræ Religionis fundamenta. Agnoscant ergo tandem hujusmodi Nostrates, et mirentur, eosque pudeat, pæniteatque, sese fortasse imprudentes contra Matrem Ecclesiam, Catholicosque Theologos omnes e partibus quoque stetisse Calvini, Calvinianisque rebus imprudentes forte favisse.

versale; se per l'autorità dell' Eminentissimo Bellarmino, o più tosto per la stessa, e medesima evidenza della verità quell' empio Eresiarca per serrare affatto tutte intieramente le vie, per cui vien l' Ecclesiastica Monarchia difesa, o sia il Primato di S. Pietro; quell'empio Eresiarca, io dico, di dir ciarlando ardì, che il governo Monarchico è fra tutti il più scadente, per indi invincibilmente conchiuderne: L'Ottimo Iddio adunque, che ottime cose ei fá, questa scadentissima forma di governo istituir non potè mai nella sua Chiesa; se all' opposto i Santi Padri, invincibili scendono a sí fatte tenzoni; se sì fatte battaglie attaccano, e combattendo sudano gl' Ortodossi Teologi tutti; facile cosa a concepir ell' è, quanto di male han fatto alla Chiesa, quanto di male al Primato di S. Pietro, quanto di male a' Dommi, che indi ne sieguono, quanto di male all' Ecclesiastica, e secolare Monarchia, quanto male finalmente alla veritá per altro evidentissima, ed a tutti gl' Ortodossi Teologi, quanto di male, io dico, han fatto tutti quei Nostrali, che a stravaganti cose attendendo, ed a favorire le parti di Calvino, od ossequiando certamente i doviziosi Calvinisti, come presi da una nuova pazzia, e nuovo furore anteposero alla per altro sacrosanta Monarchia l' orrida Democrazia, o più veracemente la tiranna Aristocrazia, ed a somme lodi la inalzarono, facendo anche versi, sebene insulsi, ed ode, aggiungendo dippiù, che ciò niente interessava la Religione, quando in realtá, come più chiaro della luce abbiamo già dimostrato, con siffatte armi, o sia opinioni vengono scossi, e combattuti i più alti fondamenti della nostra Santissima Religione: cotesti Nostrali adunque riconoscano finalmente, si maraviglino, si arrossiscano, e sì pentano di essere stati eglino ancora forse senza accorgersene sotto le bandiere di Calvino contro la Madre Chiesa, e tutti i Cattolici Teologi, e di essersi forse senza accorgersene impegnati anche a favorire di Calvino gl' empj disegni.

§. XLII. Cum ergo nostrorum temporum injuria, et aliquorum ignorantia factum sit, ut hujusmodi errores, falsæque opiniones non sine magno civilis, et ecclesiasticæ societatis detrimento longe lateque grassentur, ut supra indicavimus, officio certe cogimur, præcipua saltem producere argumenta, ut errorum, et ignorantiæ dissipatis tenebris, Catholicum Dogma, et veritas, quæ simul Philosophica est, Politica, et Religiosa, magis, magisque elucescat, victrixque triumphet. Quod Deo opitulante, et Divo Apostolorum Principe, Capite sequenti aggrediemur rationibus utique, et argumentis Philosophicis, Politicis, et Theologicis.

§ XLII· Essendo dunque, che per l'ingiuria de' nostri tempi, e per l'ignoranza di a'cuni ne è avvenuto, ch sitfatti errori, e false opinioni, non senza gran detrimento della civile, ed ecclesiatica società si sono sparse, e tirannegiano da per tutto, come sopra additammo, venghiamo dal nostro dover costretti di mettere in veduta le principali ragioni almeno, per cui dissipandosi le tenebre dell'errore, e dell'ignoranza, sempre più risplenda, e trionfi vittorioso il Cattolico Domma, e la veritá, che insieme filosofica essa si è, politica, e religiosa. Ciocchè noi coll'ajuto di Dio, e del Principe degli Apostoli intraprendiamo nel Capo seguente con raggioni, ed argomenti Filosofici appunto, Politici, e Teologici.

CAPUT VI.

MONARCHIA

Pulcherrima, et Omnium Optima Regiminis Forma

PROEMIUM.

In unum collectis, quæ Hæresiarca Calvinus scriptitavit *Inst. Lib. 4. Cap 6., et Cap.* 20., relatis capite proximo, liquido patet, illum, ut verbis utar Eminentis. Bellarmini, voluisse, ex omnibus regiminis formis deterrimam esse Monarchiam, præsertim si in toto Orbe terrarum, et in Ecclesia universa constituatur. Nos autem contra illum, illiusque sectatores demonstrandum, et luce clarius meridiana probandum assumimus, Monarchiam Omnium Optimam, et ideo Naturali, Divinaque lege hominibus esse præscriptam, præsertim si de toto agatur Orbe Terrarum, et de Ecclesia Universa. Idque tum ipsorum Ethnicorum Philosophorum, ac Oratorum etiam Republicanorum auctoritatibus, et sententiis, tum rationibus adstruemus, et argumentis ex simplicissimis juris Naturæ principiis nitide, legitimeque deductis, tum auctoritate Juris Divini Revelati, divinaque istitutione tam in Veteri, quam in Novo Testamento, tum demum infallibilibus Ecclesiæ Oraculis, et SS. Patruum sententiis luculentissimis. Quo vero magis, magisque veritas elucescat, ac idearum evitentur confusiones illæ, quibus falluntur, aut ad fallendum certe abutuntur Calviniani, ejusdemque furfuris alii, demon-

CAPO VI.

LA MONARCHIA

È l'Ottima fra tutte, e la più eccellente forma di Governo.

PROEMIO

Raccolto in breve quanto spacciò l'Eresiarca Calvino nel *capo* 6. e 20. *delle sue Istituzioni*, riferito da noi nel precedente Capo, chiaramente si scorge, che egli, per avvalermi delle parole dell'Eminentissimo Bellarmino, dir volle, che fra tutte le forme di governo la più infelice fosse la Monarchia, e principalmente se stabilir si volesse in tutto intieramente il Mondo, ed in tutta intiera l'Universale Chiesa. Noi però all'opposto contro lui, e suoi settatori a dimostrar assumiamo, ed a provargli più chiaro della luce di mezzodì, che la Monarchia è l'ottima fra tutte, e che perciò è essa agli uomini tutti ingionta per legge naturale, e divina, e massime se si tratta di tutto intieramente il Mondo, e di tutta intiera la Chiesa Universale. Proveremo noi ciò tanto colle autorità, e sentenze de' medesimi Etnici Filosofi e l Oratori anche Repubblicani, tanto colle ragioni, ed argomenti nitide, e leggittimamente dedotti da' più semplici principj del dritto della natura, tanto coll'autorità del dritto divino rivelato, e colla divina Istituzione, sì nell'Antico, che nel Nuovo Testamento, come finalmente cogl' infallibili Oracoli della Chiesa, e colle inculcatissime sentenze de' Santi Padri. Onde

strationibus Mathematica, qua fert materia, Methodo concinnatis rem omnem absolvemus. Sic hercle fiet, ut loco pugnetur perquam aprico, ubi quisque suam nequeat occulere fugam. Quamobrem nitidi, lucidique ordinis gratia Definitiones, Postulata, et Axiomata, qua possumus brevitate præmittimus.

DEFINITIONES

Def. 1. *Regere societatem quamcumque, vel multitudinem, recte dicuntur illi, qui in societate potestatem, seu curam habent disponendi, præcipiendique omnia media ad consequendum finem, ad quem societas ipsa inita fuit, necessaria, utiliora, atque aptiora, et quibus item omnes societatem ipsam componentes dicto audientes esse tenentur.*

Def. 2. *Monarchia est, seu Regnum, cum unus multitudinem, seu quamvis regit societatem.*

Coroll. 1. Ex his duabus Definitionibus inter se collatis lucide sequitur, quod Monarchiæ, seu Regni vera natura, et essentia in eo tota consistit, ut scilicet, in societate ad unius nutum res omnes gerantur. Quod quoque docuit Romanæ Eloquentiæ Princeps 12. *Fam* 1. ubi scripsit: *Non Regno, sed Rege liberati videmur; interfecto enim Rege, omnes regios nutus intuemur.* Quod idem est, ac dicere: Regnum, seu Monarchia ibi est, ubi ad unius nutum omnia fiunt: sive, quod quoque idem est, natura, et essentia Regni, seu Monarchiæ tota in eo sita est, ut ad

però sempre più risplenda la verità, ed onde evitare quelle confusioni di idee, dalle quali i Calvinisti, ed altri della medesima crusca ingannati vengono, o di cui certamente ad imposturar si abusano, eseguiremo noi tutto questo nuovo assunto, con delle demostrazioni tutte tessute con un metodo, per quanto cel comporta la materia, tutto matematico. Così certamente ne avverrà, che combatteremo in un luogo molto aprico, ove nascondere alcun non potrà la sua vergognosa fuga. Per procedere quindi con lucido, e nitido ordine, premettiamo colla maggior brevità, che sia possibile, le Definizioni, i Postulati, e gl'Assiomi.

DEFINIZIONI

Def. 1. *A dritto pensare, vengono giustamente detti di reggere qualunque moltitudine o società tutti coloro, i quali hanno nella società la cura, e la potestà di disporre e prescrivere, i mezzi necessarj, più utili, ed opportuni a conseguire il fine, per cui fu quella società contratta, ed ai quali di obbedire anche sono abligati tutti i componenti la società sudetta.*

Def. 2. *La Monarchia, o il Regno si è quando un solo regge la moltitudine, o qualunque società.*

Coroll. 1. Da queste due Definizioni fra loro combinate, chiaramente ne siegue, che la vera natura, ed essenza della Monarchia, o del Regno tutta consiste in quel punto, che, vale a dire, tutte le cose nella società si fanno a cenno di un solo: locchè ancora ce lo avvertì il Principe della Romana Eloquenza 12. *Famil* 1. ove scrisse: » Non ci sembriamo liberati del Regno, ma del Re; dapoicchè, ucciso il Re, tutti osserviamo i regj cenni » Che tanto è dire: ivi è il Regno, o sia la Monarchia, ove a cenno di

nutum unius omnia fiant. Ex quo patet, ad essentiam Monarchiæ, non pertinere, utrum Rex perpetuus sit, et Hæreditarius, aut non; dum verum sit, quod ad unius nutum omnia fiant.

Coroll. 2. Id vero non ita intellexerunt Philosophi, nec quisquam sanæ mentis ita quidem intelliget, quasi ille vir, qui solus, dicitur regere multitudinem idem ipse per se sine administris, et aliis Magistratibus solus omnia debeat obire munia ad regendam multitudinem necessaria: quod quidem factu impossibile omnino est, quamvis regenda multitudo ex mille tantum constaret hominibus; sed ad naturam, et essentiam Monarchiæ, seu Regni sufficit, ut reliqui totius societatis Magistratus, et administri imperio subsint illius viri, cui uni regendæ societatis demandata provincia fuit. Tum enim immota semper stat, firmaque manet Monarchiæ essentia, veraque natura; quia semper verum est, quod ad unius nutum geruntur omnia, et gubernantur. Porro cum causa causæ est causa causati; et qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, societatis Magistratibus omnibus imperare, idem est, ac regere societatem. Quamobrem si unus est, qui Magistratibus imperat omnibus, vere regimen est unius, vere dicitur unus omnia regere, vere Monarchia, verissime Regnum est; ut recte monuit Tullius Cicero *lib 3 de leg.* 17. scribens: Regis nomine repudiato res manebit si unus reliquis omnibus Magistratibus imperat.

un solo tutte le cose si fanno: o ciò, che anche è lo stesso: La natura, e l'essenza del Regno, o sia della monarchia tutta è riposta in ciò, che a cenno di un solo tutte le cose si fanno: dalchè ne siegue, che all'essenza della Monarchia non si appartiene, se mai il Re sia perpetuo, ed ereditario, o non lo sia così, ma basta che si verifichi, che tutte le cose si faccino a cenno di un solo.

4 *Coroll.* 2. Ciò però non così l'intesero i Filosofi, nè così certamente l'intenderà chiunque di buon senso, quasichè quell'uomo, che dicesi di regger egli solo la moltitudine, debba egli medesimo da per se stesso senza l'ajuto di altri ministri, e magistrati eseguire tutti gl' officj necessarj per reggere la moltitudine: locche certamente è dell'intutto impossibile a farsi, quando anche la moltitudine da reggersi il numero non sormontasse di mille uomini soltanto; ma che alla natura, ed essenza della Monarchia, o sia del Regno basta, che gl'altri ministri, e magistrati di tutta la società siano tutti subordinati all' impero di quell' uomo, a cui solo affidata si è la cura di reggere tutta la società: Imperocchè allora persiste sempre immobile, e perdura sempre salda la vera essenza, e natura della Monarchia; giacchè sempre si verifica così, che al cenno di un solo tutte le cose vengon rette, e governate. Ed in realtà, essendo vero, che la causa della causa è causa del causato, e chi fa una cosa per mezzo d' un'altro, è lo stesso che averla fatta egli medesimo, tutto lo stesso egli si è il comandare a tutti i magistrati della società, che reggere la società medesima. Laonde se chi comanda a tutti i Magistrati, è un solo, un tal governo è veramente governo di un solo, veracemente si dice, che regge tutte le cose un solo, è essa veramente una Monarchia, è esso verissimamente un Regno; come certamente ce lo apprese Tullio Cicerone *lib 3 de legibus cap.* 17. scrivendo: Repudiato il nome di Re, ne perdu-

Coroll. 3. Eadem ratione facile quoque intelligitur, quod Regis nomen ad essentiam non pertinet Monarchiae. Natura quidem rei, a nomine nunquam pendet, et dum unus est, qui regit omnes, sive Regis nomine vocetur, sive alio, nihil omnino essentiae refert Monarchiae, nihilque de rei mutat natura.

Coroll. 4. Nihil quoque essentiae refert Monarchiae, si reliqui Magistratus omnes, quibus imperat Rex, perpetui sint, an ad tempus praefinitum, dummodo Rex potestatem habeat illos a Magistratu deponendi, quoties id bono societatis regimini expedire judicaverit. Idque sane duplici ex capite: primum Quia cum essentia Monarchiae tota in eo sita sit, ut juxta unius nutum, et leges omnia expediantur negotia, clarissime patet, quod sive Magistratus sunt perpetui, sive non, nihil omnino essentiae refert Monarchiae, dummodo semper verum sit, quod ad unius nutum, omnes res geruntur; aut quod unus reliquis omnibus Magistratibus imperat; ut loco supra citato monuit ipse Tullius. Secundum, quia sive perpetui sint Magistratus, sive annui, sive ad brevius tempus; dummodo Rex potestatem habeat a Magistratu eos deponendi, quoties id societatis bono expedire judicaverit, semper verum est, quod a Regis nutu in dies, et momenta perpetuo pendent, verumque semper est, quod Rex Magistratibus imperat, qua una in re essentia quoque consistit Monarchiae (Coroll. 2.).

Coroll. 5. Monarchiae quoque non tangit essentiam, si in electione Magistratuum, eorumque creatione, Rex testimonium exquirat multitudinis (quod autem Multitudo quavis in re in unam coeat senten-

rerà la sostanza, se un solo comanda a tutti i Magistrati.

Coroll. 3. Per la medesima ragione facilmenete ancora si comprende, che il nome di Re alla sostanza, ed essenza non si appartiene della Monarchia. La natura delle cose invero non dipende mai dal nome, e fin quando è un solo, che regge a tutti, o vien egli chiamato col nome di Re, o con altro nome, nulla affatto monta all'essenza della Monarchia, niente affatto muta nella sostanza della cosa.

Coroll. 4. Niente anche all'essenza della Monarchia importa, se tutti gl'altri Magistrati, a cui comanda il Re, siano essi perpetui, o sino ad un tempo determinato, soltanto che il Re la potestà egli abbia di deporli dalla loro magistratura, quando espediente giudicato l'avrà pel buon governo della società. E ciò appunto per due capi: primo, perchè, consistendo tutta l'essenza della Monarchia in quel punto, che tutti gl'affari disbrigar si debbono giusta le leggi, ed il cenno di un solo, chiarissimamente si scorge che perpetui siano, o nò i Magistrati, niente affatto muta dell'essenza della Monarchia, soltanto sia sempre vero, che tutte le cose si regolano al cenno di un solo, o che un solo comanda a tutti gl'altri Magistrati, come nel sopra citato luogo ci avvertì Tullio. Secondo, perchè o perpetui siano i magistrati, o annuali, o a più breve tempo, soltanto che il Re abbia la potestà di deporli dalla magistratura, quando espediente giudicato l'avrà al vantaggio della società, si verifica sempre, che ogni dì, ed ogni momento dal cenno sempre dipendono del Re, ed è sempre vero, che il Re comanda a tutti i Magistrati, nella quale sola cosa consiste anche l'essenza della Monarchia (*Corol.* 1.

Corol. 5. Non tocca neppure della Monarchia l'essenza, se nell'elezione de' Magistrati, e nella loro creazione ricerca il Re la testimonianza della Moltitudine (più chiaro della luce però si è dimostrato

tiam, rem esse omnino factu impossibilem; luce clarius demonstrantum fuit (Cap. præc.) aut sapientiorum consilium, votumve, aut si ipsi multitudini, vel sapientioribus commissa electio sit, creatioque Magistratuum; hæc, inquam, Monarchiæ essentiam, veramque naturam non tangunt, dummodo Rex potestatem habeat iisdem ipsis electis, et creatis Magistratibus imperandi. Tunc enim semper verum est, quod unus omnibus imperat Magistratibus, quod unus universam regit Multitudinem: id quod solum quidem ad essentiam requiritur Monarchiæ.

Coroll. 6. Ex his quoque patet (præter ea quæ de mixtarum diximus impossibilitate formarum Cap. præc.) Quod idearum confusione laborasse dicendi sunt qui simplicis Monarchiæ formam opinati sunt mutari in mixtam ex ea, et Aristocratia, quoties Magistratus sunt perpetui, et provinciam non tamquam alienam, sed tamquam suam moderantur; et evadere etiam mixtam ex Democratia, quoties testimonium exquiritur multitudinis, aut quoties ad eos Magistratus, optimi quique eveherentur universæ multitudinis; istiusmodi res enim partim æque communes, naturales, et necessariæ sunt formis regiminis omnibus, ut illud, quod Magistratus provinciam guberneat non tamquam alienam, sed tamquam suam, et ut optimi quique ad Magistratus evehantur: partim, quod essentiam, internamque Monarchiae naturam non attingunt; accidentales sunt, et esse, ac abesse possunt a Monarchia, simplici Monarchia manente, manente scilicet, quod ad unius nutum regitur multitudo; manente scilicet, quod unus reliquis omnibus imperat Magistratibus: in qua una re simplicis Monarchiæ,

nel precedente Capo, che è cosa dell'intutto impossibile a verificarsi, che in alcun affare la moltitudine concorra tutta di accordo in un medesimo sentimento) o il consiglio, o voto de' più savj, o se la mentovata elezione, e creazione de' Magistrati resti affidata alla stessa moltitudine, o ai più savj della medesima; queste cose, dico, niente toccano la vera natura, ed essenza della Monarchia, quando resta salvo, che il Re ha la potestà di comandare a questi stessi eletti, e creati Magistrati. Dapoicchè allora resta sempre vero, che un solo comanda a tutti i Magistrati; che un solo regge tutta la moltitudine: ciocchè solo vi si ricerca appunto all' essenza della Monarchia.

Coroll. 6. Oltre a quanto dissimo nel Capo precedente su l'impossibilità delle forme miste, dal quì detto anche si scorge doversi dire di essere stati da confusione di idee travagliati coloro, i quali han portato l'opinione, che la forma di semplice Monarchia si cambia in mista di essa, e di Aristocrazia, qualvolta i Magistrati siano perpetui, ed amministrino ognuno nelle sue incombenze la Republica non come una cosa altrui, ma come sua propria; e che divenga ancor mista di Democrazia, quante volte si riscuote la testimonianza della moltitudine, o si promuovino a quelle Magistrature gl' ottimi di tutta la moltitudine. Imperocchè queste cose tutte parte sono ugualmente communi, naturali, e necessarie a tutte le forme di governo, come quella appunto, che i Magistrati governino per la sua parte la republica non come una cosa aliena, ma come sua propria, e che si promuovino a tali Magistrature i migliori soggetti: parte perchè tutte queste circostanze non arrivano a toccare l'essenza, e l' interna natura della Monarchia; son esse accidentali, posson esser, e non esser nella Monarhia restando sempre la semplice Monarchia, restando sempre, cioè, che al canno di un solo vien governato il Po-

seu Regni essentia, veraque natura tota posita est, ac tota, plenaque consistit.

Coroll. 7. Rursus liquet ex his, quod illi Eruditi qui propter solas hujusmodi accidentales res vocant Monarchiam mixtam ex Aristocratia, et Democratia, eamque optimam docent esse formam regiminis, ut Eruditissimus Bellarminus *lib.* 1. *de Summo Pontif. cap.* 3. verbo tenus a nobis tantum differunt, revera nobiscum sentiunt; quam enim illi propter has accidentales circumstantias, quæ essentiam simplicis Monarchiae non pertingunt, Monarchiam mixtam nominant ex Aristocratia, et Democratia, simplex revera est Monarchia. Quoniam etsi hujusmodi circumstantiæ admixtæ fuerint ei; semper tamen verum est, quod unus omnibus imperat Magistratibus, quod ad unius nutum omnia fiunt: Quod certe solum ad simplicis Monarchiæ, requiritur essentiam, veramque naturam. Atque adeo verba illa: *Regimen temperatum ex tribus formis Monarchia, Aristocratia, et Democratia*: quodam lato sensu, et improprie adhibita sunt; res autem, quam eadem illa significant verba, juxta ipsorum Auctorum explicationem, et intellectum, ac juxta veram simplicis Monarchiæ definitionem ab iisdem ipsis Auctoribus concinnatam, reapse simplex Monarchia est, nec unquam veris Aristocratiæ, et Democratiæ convenit definitionibus ab iisdem ipsis Auctoribus elaboratis, et productis. Quoniam vero nonnulli Calvino hac in re adhærentes ad suum honestandum heterodoxum errorem, hujusmodi verbis Eminentis. Bellarmini abusi sunt, quasi hic Catholicissimus, Doctissimusque, et nunquam satis laudatus Auctor ut verbis, sic quoque rebus, et sententia ipsis consensisset, Calvinoque, a nobis vero dissensisset, quod quidem falsissimum est, quo

polo; restando sempre, cioè, che un solo comanda a tutti i Magistrati: che è l'unica, e sola cosa, in cui tutta pienamente consiste l'essenza della semplice Monarchia, ossia del Regno, ed in cui tutta sta pienamente riposta la sua vera natura.

Coroll. 7. Dall'anzidetto ne siegue dippiù, che quegl'Eruditi, che per queste sole accidentali circostanze chiamano la Monarchia mista di Aristocrazia, e Democrazia, e dicono esser essa la miglior forma di governo, come l'Eruditissimo Bellarmino *libro* 1. *de Summo Pontif. cap.* 3. differiscono da noi nelle parole soltanto; realmente e nella sostanza la intendono come noi, sono del nostro sentimento. Imperocchè quella stessa forma di governo, che per tali accidentali circostanze, che l'essenza della semplice Monarchia non toccano, essi nominano Monarchia mista di Aristocrazia, e di Democrazia, nella sua vera sostanza, e realità, semplice Monarchia essa si è. Dapoicchè sebene siffatte circostanze mescolate si trovino nella medesima; sempre tattavia è vero, che un solo comanda a tutti i Magistrati, che a cenno di un solo regolate sono tutte le cose: locchè solamente si ricerca all'essenza, e vera natura della semplice Monarchia. E che perciò quelle parole: *Regime temperato di Monarchia, Aristocrazia, e Democrazia*: sono state adoperate in un senso largo, ed improprio; il sentimento però, che quelle medesime parole ci indicano, giusta l'intelligenza, e la spiegazione de' medesimi autori, che l'hanno adoperato, e giusta la vera definizione della semplice Monarchia dagli stessi medesimi autori fabricata, in realtà è la semplice Monarchia, e non si può mai accommodare alle vere definizioni dell'Aristocrazia, e Democrazia dagli stessi medesimi autori lavorate, e prodotte. Perchè poi gli aderenti di Calvino in quest'affare, per coonestare il loro eterodosso errore si abusano di siffatte parole dell' Eminentissimo Bellarmino, quasi che questo cat-

sua ipsa luce veritas splendeat, en ejusdem ipsius celeberrimi Cardinalis nitida verba, sensusque luculentissimos l. c. *Regimen*, *ait*, *temperatum ex omnibus tribus formis, propter naturæ humanæ corruptionem utilius est, quam simplex Monarchia. Quæ sane gubernatio id requirit, ut sit quidem in Republica* SUMMUS ALIQUIS PRINCEPS, QUI OMNIBUS IMPERET, ET NULLI SUBJICIATUR. *Præsides tamen provinciarum vel civitatum non sint Regis vicarj, sive annui judices, sed veri Principes, qui et* IMPERIO SUMMI PRINCIPIS OBEDIANT, *et interim provinciam, vel civitatem suam non tanquam alienam, sed ut propriam moderentur: ita locum habet in Republica tam Regia quædam Monarchia, quam Principum optimatum Aristocratia: quod si his addetur, ut neque summus ille Rex, neque Principes minores hæreditaria successione dignitates illas obtineant, sed ex universo populo ad eas eveherentur, jam esset etiam quidam locus Democratiæ in Republica attributus. Hanc esse optimam, et in mortali vita maxime expetendam formam regiminis, duobus argumentis comprobamus*. Ex hisce Eminentis. Bellarmini clarissimis verbis luculenter apparet, eum in sua asserta permixtione voluisse, ut unus summus Princeps, qui nulli subjiceretur, imperaret omnibus, et ipsi iidem ab eo voliti minores Principes uni obedirent summo Principi. Atqui cum unus imperat omnibus, et cum cuncti Magistratus obediunt uni, tunc quiquid sit de modo succedendi, quidquid de nominibus, quidquid sit de perpetuitate, ac de ratione, et modo, quo compositi, dispositique sint Magistatus, et cæteræ res, tunc, inquam, per nostram, ipsusque Bellarmini definitionem simplex est Monarchia. Monarchiæ simplicis nomine ergo repudiato, Bellarminus rem ipsam acerrime tenuit, simplicem scilicet Monarchiam illis suis accidentalibus circumstantiis dispositam, ac determinatam. Profecto vera

tolicissimo, Dottissimo, e non mai abbastanza lodato autore come nelle parole, così pure nella sostanza, e nel sentimento accordasse con esso loro, e con Calvino, e discordasse da noi, locchè certamente è falsissimo; acciò la verità risplenda per la sua propria luce, eccovi le nette parole, ed i chiarissimi sensi del medesimo celeberrimo Cardinale nel luogo sopra citato: » Il regime, ei disse, temperato di tutte le forme di governo per la corruzione della natura umana è più utile della semplice Monarchia. Quale governo certamente ricerca, che vi sia appunto nella Republica UN QUALCHE SOMMO PRINCIPE, CHE COMANDI A TUTTI, E SOGGETTO AD ALCUN NON SIA. I Presidi tuttavia delle provincie, e delle città non siano vicarj del Re, nè giudici annuali, ma veri principi, ed insiem soggetti all'impero del SOMMO PRINCIPE, e regolino frattanto la sua provincia, o città non come di altrui, ma come propria: in questo modo ha luogo nella Republica sì una certa reggia Monarchia, come una certa Aristocrazia di Principi ottimati. Che se poi a queste cose vi si aggiugnerà, che nè quel sommo Re, nè quei minori Principi ottengano quelle dignità per ereditaria successione, ma vengano ad esse innalzati da tutto il popolo, già vi sarebbe anche nella Republica assegnato un certo luogo alla Democrazia: dimostriamo con due argomenti, che questa forma di governo è l'ottima, e la più desiderabile in questa vita mortale » Da queste chiarissime parole dell'Eminentissimo Bellarmino evidentamente si scorge, che egli nella sua asserta permistione ha voluto, che un solo sommo Sovrano, il quale soggetto ad alcun non fosse, imperasse su di tutti, e che gli stessi medesimi minori Sovrani da lui voluti, ad un solo obbedissero sommo Sovrano. Ma quando a tutti comanda un solo, e quando ad un solo tutti obbediscono i Magistrati, in tal caso checche ne sia del modo di succe-

simplicis Monarchiæ idea, rectaque notio minores Magistratus, seu Principes, qui imperio summi Principis subjecti sint, et obediant, non excludit, imo necessario includit, ac necessario hujusmodi minorum Principum, seu Magistratuum ministerium requirit, et adiutorium (Coroll. 2.) insuper hic summi Principis, ac minorum Principum a Bellarmino exibitus ordo nihil omnino commune habet cum vera Aristocratia, vel Democratia, nullumque prorsus participium. Tota enim veræ Aristocratiæ essentia in eo posita est, quod summum imperium apud aliquos residet; essentia vero Democratiæ, quod nec apud unum, nec apud aliquos, sed apud universam residet multitudinem, quæ Magistratibus quoque imperat omnibus. Atqui in regiminis Bellarminico ordine nihil omnino est, quod istis aliquo modo conveniat veris, germanisque Aristocratiæ, et Democratiæ definitionibus. In eo enim unus imperat omnibus, multitudini, et Magistratibus. Ordo ergo regiminis, quem Eminentis. Bellarminus optimum judicat, simplex est Monarchia, nec mixtus unquam dici potest; Eruditissimi sententia Bellarmini nobis favet, nostraque sententia est, ac Joanni Calvino omnino contraria est, ejusque sectatoribus omnibus, qui veram Aristocratiam, veramque Democratiam, aut harum temperamentum excellere contendunt a Monarchia, et Gallis quoque contraria est, qui dum laudatis verbis Bellarmini suum tegere conantur errorem; regiminis ordinem, quem Bellarminus eisdem ipsis descripsit verbis, respuunt, omnino rejiciunt, et vehementer oppugnant. Nos tamquam impropria Bellarmini respuimus verba; rem illi, et sententiam oppugnant Bellarmini. Si Cotholicissimo Bellarmino adhærere ab Hæresis liberat nota; Galli, et maxime Netinus Anonimus Auctor ille, qui cum in sua Epistola *ad un Amico di Catania* Typis ædita Caltayronis circa Monarchiam Ecclesiasticam, Primatumque Sancti Petri, Bellarmini sententiam, ipsumque ejusdem Prima-

dere, checche ne sia de' nomi, checche ne sia della perpetuità, e della maniera, e modo, con cui composti sono, e disposti i Magistrati, e l' altre cose, in tale caso, io dico, per la definizione nostra, e del medesimo Bellarmino, semplice Monarchia si è. Bellarmino adunque avendo repudiato il nome di semplice Monarchia, tenacissimamente ne trattenne la sostanza, tenacissimamente, vale a dire, trattenne la semplice Monarchia da quelle sue accidentali circostanze limitata, e disposta. In realtà la vera idea, e la giusta nozione della semplice Monarchia non esclude i minori Magistrati, o sia Principi, che all' impero soggetti fossero, ed obbedissero del sommo Principe, anzi necessariamente li inchiude, e necessariamente ricerca pel Corollario 2. il ministero, ed ajuti di siffatti minori principi, e magistrati. Inoltre quest' ordine, e gerarchia di sommo Imperante, e minori Principi, che Bellarmino ci esibisce, niente affatto ha di commune, niente affatto di participio colla vera Aristocrazia, o Democrazia. Imperocchè l' essenza della vera Aristocrazia sta tutta riposta in ciò, che il sommo impero risiede in mano di alquanti. L'essenza poi della Democrazia si è, che non risiede ne in mano di un solo, ne in mano di alquanti, ma di tutta intiera la moltitudine, la quale comanda ancora a tutti i Magistrati. Ma nell' ordine di regime da Bellarmino voluto niente affatto vi è che in qualche modo convenga a queste vere, e genuine definizioni dell' Aristocrazia, e Democrazia; giacchè in esso un solo comanda a tutti alla moltitudine insieme ed ai Magistrati. L'ordine adunque di regime, che l' Eminentissimo Bellarmino giudica ottimo, è la semplice Monarchia, nè può dirsi mai di essere misto. La sentenza adunque dell' Eruditissimo Bellarmino favorisce a noi, ed è la nostra medesima sentenza, ed è assolutamente contraria a Giovanni Calvino, ed a tutti i di lui settarj, i quali pretendono, che la vera Aristo-

tus Dogma Divinum effrons oppugnasset; et inverecundus, atris conviciis insuper, injuriisque Sanctissimam lacerans Romanam Sedem, postea apud Episcopum Syracusanum injuriarum, Conviciorumque in Apostolicam Sedem insimulatus et hæresis, istiusmodi Bellarmini verbis se tectum volebat a crimine; si adhære, inquam, Bellarmino, ab hæresis liberat nota; Galli, et Anonymus ille verbo tantum liberatus existit, revera autem hæreticus est. Sententia quidem facit hæreticos, nec vanus verborum sonus Catholicos unquam fecit. De rebus et de sententiis, ajebat Divus Hieronymus, nostra contentio est, non de verbis.

Def 3 *Aristocratia dicitur cum aliqui regunt; seu apud aliquos tantum suprema residet regendi potestas: ac iisdem subjiciuntur reliqui omnes Magistratus, et universa reliqua multitudo.*

Coroll. Ad essentiam non pertinet Aristocratiæ numerus, qualitas, perpetuitas, nec modus eligendarum personarum, ad quarum nutus in societate fieri omnia debent.

crazia, e la vera Democrazia, o di queste il mescuglio sia di gran lunga più eccellente della Monarchia; ed è anche contraria ai Francesi, i quali mentre colle lodate parole di Bellarmino di coprir si sforzano il loro errore; dell' intutto rifiutano, rigettano, e a tutta forza oppugnano l' ordine di regime che con quelle stesse parole Bellarmin descrisse. Se l' essere aderente al Cattolicissimo Bellarmino libera dalla nera marca di eresia, i Francesi, e massime quel Noticiano Anonimo Autore, il quale avendo nella sua lettera ad un Amico di Catania, stampata in Caltagirone intorno la Monarchia Ecclesiastica, ed il Primato di S. Pietro, avendo, dico, sfrontata, ed inverecondamente oppugnato la sentenza di Bellarmino, ed il Divino Domma del medesimo Primato, lacerando dippiù con tetre ingiurie, e convizj la Santissima Romana Sede, accusato poi appresso il Vescovo di Siracusa di eresia, e di convizj contro l' Apostolica Sede, schermirsi pretendea dall'accusa con le sopracitate parole di Bellarmino, se l' essere aderente, io dico, a Bellarmino, dalla nera marca di eresia ci libera, i Francesi, e quell'Anonimo liberato solamente resta nell'apparenza delle parole; in realtà di fatto però, e nella sostanza eretico egli è. La sostanza certamente del sentimento eretici ci rende, nè il vano suono delle parole far potè mai che alcun fosse Cattolico. Intorno alla sostanza, ed al sentimento, dicea S. Girolamo, la nostra contesa si aggira, e non mai intorno alle parole.

Def. 3. *Si dice Aristocrazia, quando reggono alquanti; ossia, quando la suprema potestà di reggere risiede solamente in mano di alquanti, ed ai medesimi restano soggetti tutto il resto de' Magistrati, e tutto il resto dell'intiera moltitudine.*

Coroll All' essenza dall'Aristocrazia non si appartiene il numero, la qualitá, perpetuità, nè il modo di eligere le persone, al cenno de' quali nella societá regolar si devono tutti gl' affari.

Def. 4. *Democratia vocatur, cum omnis omnino regit Multitudo: quod idem est, cum apud ipsam Multitudinem tantum suprema residet regendi potestas, ac eidem ipsi subjiciuntur Magistratus omnes, et eadem ipsa Multitudo (si concipi unquam potest.)*

Def. 5. *In se ipsa considerata perfecta, seu optima regiminis forma ea utique est, quæ et omnia hominibus media præstat ad finem consequendum, propter quem instituta societas est, ac omnia simul impedimenta removet, et offendicula.*

Def. 6. *Illa vero forma, quæ omnia hæc omnino non exhibet, in se considerata, vere imperfecta dicenda est.*

Def. 7. *Comparative autem ad alias illa optima erit, quæ omnium plura, vel aptiora offert media, et cæteris paribus, plura, vel saltem molestiora expellit impedimenta.*

Def. 8. *Deterrima, et imperfectissima, in se ipsa considerata, illa dicenda erit, quæ nulla prorsus exhibet media, nulla prorsus removet impedimenta.*

Def. 9. *Comparative autem deterrima, et imperfectissima est, quæ omnium pauciora, vel ineptiora media præstat; vel pauciora, aut minime molestiora extrudit offendicula.*

Def. 10. *Illa dedum quæ nec omnium plura, et aptiora, nec omnium pauciora vel ineptiora suppeditat remedia, forma media dicitur comparative.*

Def. 11. *Multitudo hominum finis cujusdam assequendi causa consociatorum societas dicitur, consociati autem dicuntur, qui inter se pacti sunt,*

Def. 4. *Democrazia si appella, quando quella, che regge il tutto, è tutta intieramente la moltitudine: che tanto è dire: quanto la suprema potestà di reggere solamente risiede appresso la moltitudine istessa, ed alla medesima soggetti restano gli stessi Magistrati tutti, e tutta la stessa, e medesima moltitudine. (se mai concepir si può).*

Def. 5. *In se stessa considerata, quella forma di governo è certamente perfetta, ed ottima, che ed appresta agli uomini i mezzi tutti a conseguire il fine per cui è stata la società contratta, e tutti allontana insieme gl' ostacoli, e gl' impedimenti.*

Def. 6 *Quella forma poi, che tutte queste cose intieramente non prontua, considerandosi in se stessa, dir si deve veracemente imperfetta.*

Def. 7. *In comparazione però dell'altre ottima sarà quella, che un maggior numero, e più opportuni mezzi offerisce, e nell' egualtà di tutto il resto, quella, che un maggior numero di impedimenti allontana, o i più molesti almeno.*

Def. 8. *La più scadente, ed imperfetta di tutti, considerata in se stessa, dovrà dirsi quella, che alcun mezzo affatto non somministra, nè toglie impedimento alcuno. Ma questa invero dir non si può forma di governo.*

Def. 9. *Comparativamente però la più scadente, ed imperfetissima è quella, che fra tutte minori mezzi e più inetti appresta, o minori ostacoli, e meno molesti esclude.*

Def. 10 *Quella finalmente, che fra tutte ne i maggiori, ne i più acconci mezzi, ne i minori, ed i più disadatti appresta, comparativamente si chiama forma media.*

Def. 11. *Si chiama Società quella moltitudine di uomini, che associati si sono per conseguire un qualche fine; Associati poi diconsi quegli uomi-*

seu consentiunt de quodam fine conjunctis viribus consequendo.

POSTULATA

Post. 1. Adhibeatur hic docilis animus, veritatis studiosus, non refractarius, et pertinax.

Post. 2. Quæ hic probabuntur, tam certo credantur, quam reliqua, quæ paris roboris nituntur rationibus, et argumentis.

AXIOMATA

Ax. 1. Finis, propter quem a Deo Opt. Max. singuli homines, et omnes simul sumpti, ac singulæ partiales societates, atque universa, ac maxima cunctorum hominum societas creati sunt, et conservantur, utique est, ut suo serviant Creatori, conservatorique, ejusque mandata servantes, majorem temporalem, quæ obtineri possit in Terris, ac majorem, quæ obtineri possit, atque æternam quoque consequantur in Cælis pacem, quietem tranquillitatem, et felicitatem. Hoc Axioma quamvis ita evidens sit, manifestumque, ut facile a quocumque viro prudenti concedi debeat; tamen a nobis incuncussis jam demostratum fuit argumentis *cap.* 4. §. 24 *et seg.*

Ax. 2. Omnes homines Divino Naturali jure, et Divino Positivo, seu Revelato, et singuli quisque pro totis suis viribus, et viribus junctis omnes simul in id incumbere, ac suas omnes cogitationes, verba, et opera, qua meliori valent ratione, eo dirigere tenentur, ut hic Dei Omnipotentis, Creatoris, et Conservatoris proficuus finis perquam perfectissime obtineatur, impleaturque. *Hoc quoque Axioma alioquin evidentissimum, evidentissime etiam probatum dedi,*

ni, che fra loro convenuti sono, ossia han dato tutti il loro consenso di unire insieme tutte le loro forze per conseguire un certo fine.

POSTULATI

Post. 1. Si presti quì un animo docile, ed amante della verità, niente refrattario, e pertinace.

Post. 2. A quelle cose, che quì si proveranno, gli si presti tanta fede, quanta a tutte l'altre cose, che appoggiate sono a ragioni, ed argomenti di robustezza eguale.

ASSJOMI

Ass. 1. Il fine, per cui sono stati da Dio Ottimo Massimo creati, e conservati vengono tutti gli uomini ad uno ad uno, e tutti insieme, e le singole parziali società, e l'universale, e grandissima società di tutti gli uomini, questo fine, io dico, è egli appunto, acciò essi servano al loro Creatore, e Conservadore; ed osservando i di lui comandamenti, conseguissero la più grande temporale pace, quiete, tranquillitá, e felicità, che in questa Terra ottener si possa, e la più grande, ed eterna che ottener si possa ne' Cieli. Questo Assioma, seben è tanto evidente e manifesto, che da qualunque uomo prudente conceder facilmente si deve; tuttavia da noi fu con inconcusse ragioni già demostrato nel *capo 4. §. 24. e seg.*

Ass. 2. Tutti gli uomini per dritto Divino Naturale, e Divino Positivo, ossia Rivelato, ed i singoli ciascun con tutte le sue forze, e tutti insieme a forze unite impegnar si devono, e nella miglior maniera, che possono, son tenuti di impiegare tutti i loro pensieri, parole, ed opere, acciò perfettissimamente si ottenga, e sía adempito questo vantaggioso fine di Dio Onnipossente Creatore, e Conservadore. Questo Assioma ancora per altro evidentissimo, fu eviden-

mus cap 4 § 3. *et seg.*

Ax. 3. Hoc uno officio universa continentur hominis officia erga Deum, erga seipsum, erga cæteros. *Hoc etiam explicavimus ibidem.*

Ax. 4. Illi homines dicendi sunt boni, qui in ea sunt vera, constantique voluntate, ut quamvis jacturam facere, quævis mala perpeti, quamvis mortem oppetere malint, quam sacro deesse hujusmodi officio.

Ax. 5. Mali e contra dicendi, qui hujusmodi carent bona voluntate.

Ax. 6. Bonum est omne id, quod ad hujusmodi assequendum conspirat divinum finem. Malum vero, quod non conspirat. Cogitationes itaque humanæ, verba, et opera ea sunt bona, quæ ad hunc conspirant finem; quæ vero minime, sunt utique mala.

Ax. 7. Si post corruptam originali peccato naturam humanam omnes æque homines futuros semper bonos sperare liceret; nullo genus humanum indigeret imperio, nullo regimine, regiminisve forma, unusquique sua sponte omnia præstaret officia; staret sua sponte quoque, nullo regimine fidelissima omnium hominum societas una; suaque frueretur perfectissima pace, securitate, et felicitate. Sed post Adami lapsum tantum boni sperare non licet. Post lapsum ergo Adami regimine indiguit genus humanum, quo adjuvarentur boni, coercerentur mali, et in suo omnes homines continerentur officio.

Ax. 8. Cum finis Dei sit immutabilis, utpote qui manifestatio quædam est suæ infinitæ bonitatis, seu idem ipse immutabilis Deus; cumque Deus post Adami lapsum conservatum voluerit genus humanum;

tissimamente da noi provato nel *capo* 4. §. 24. *e seg.*

Ass. 3. In questo solo dovere contenuti vengono tutti intieramente i doveri, che l'uomo ha verso Dio, verso se stesso, e tutti gl'altri. Questo lo spiegammo ancora ivi medesimo.

Ass. 4. Quegli uomini devono dirsi buoni, che hanno una vera, e costante volontà di far piùtosto qualunque getto, di soffrir qualunque male, di patir qualunque morte anzi che mancare a questo sacro dovere.

Ass 5. All'inversa devono dirsi mali, quei, che tale buona volontà non hanno.

Ass. 6 È Buono tutto ciò, che a conseguir cospira questo fine Divino. Malo però è tutto ciò, che non vi conspira. Laonde tutti quegl' umani pensieri, parole, ed opere son buoni, che a questo fin cospirano; quelli però, che non vi cospirano, son certamente mali.

Ass. 7. Se dopo la corruzione della natura umana pel peccato originale, sperar si potesse, che tutti gli uomini sarebbono sempre egualmente buoni; il genere umano bisogno non avrebbe mai di alcun governo, di alcun regime, o di forma alcuna di governo; spontaneamente ognuno prestarebbe da per sestesso tutti gl' offi j; da per sestessa ancora, senza alcun regime, sussisterebbe una sola fedelissima società di tutti gli uomini, e della sua goderebbe perfettissima pace, sicurezza, e felicitá; ma dopo la caduta di Adamo un sì gran bene sperar non puossi. Dopo la caduta adunque di Adamo il genere umano bisogno ebbe di un regime, per cui venissero ajutati i buoni, venissero raffrenati i mali, e tutti gli uomini fosser tenuti a segno ognun nel suo dovere.

Ass. 8. Essendo che il fine di Dio è immutabile, come quello che è una certa manifestazione della sua infinita Bontá, ossia lo stesso immutabile Iddio; ed essendo che Iddio dopo la caduta di Adamo volle,

nec alioquin sperare licuerit, cunctos æque homines futuros semper bonos; hujusmodi indigentiis hominum consulere debuit, consuluitque statim post memoratum Adami lapsum, visibiliter apparens, arguens, judicans, puniendo coercens, præcipiensque Evæ: *Sub Viri, dicens, potestate eris, et ipse dominabitur tui Gen. cap. 2 v. 17.* Sic Deus sub unius Adami regimine Evam constituit, ejusque futuram progeniem; sic Deus illam sustulit æqualitatem, libertatemque absolutam, quæ in innoccentiæ statu jam locum habuerant.

Ax. 9. Forma illa regiminis, quam Deus ipse instituit, sive per lucem rectæ rationis, sive præsertim per revelationem, vel factis ipsis, ea optima est, et unica, quam omnes homines seligere debent, atque immo hominibus ab eadem discedere nefas.

Ax. 10. Leges, quibus ad sui amplissimi finis consecutionem facilius, tutius, securius ducerentur homines, hominibus præscripsit ipse Deus tam par rectum rectæ rationis usum, quam expressam per revelationem, eis nempe præcipiens: *Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua, ex toto corde tuo, ex tota mente tua, ex proximum tuum sicut te ipsum: In his duobus mandatis universa Lex pendet, et Prophetæ.*

Ax. 11. Hæc legislatio tum quia est a Deo O. M. tum quia in se ipsa considerata ita perfecte, ac tutò ad eum amplissimum conducit finem, ut ea melior altera esse, aut concipi nunquam possit, optima prorsus, et unica est, atque ab eadem hominibus discedere nefas.

che conservato durasse il genere umano, ne da un altro canto era di sperar permesso, che tutti gli uomini sarebbono sempre egualmente buoni; a sì fatti bisogni degli uomini provvedere egli dovette, e subito vi provvidde dopo il menzionato peccato di Adamo, visibilmente apparendo, redarguendo, giudicando, raffrenando con dar castighi, e comandando ad Eva, dicendogli: Sarai sotto la potestà del marito, ed egli dominerà su di te: *Genesi capo* 2. *v.* 17. così Iddio subordinò al governo di Adamo Eva, e tutta la di lei futura progenie: così Iddio levò via quella egualtà, e quella indipendente libertà, che luogo aveano avuto già nello stato dell' innocenza.

Ass. 9. Quella forma di governo, che Iddio medesimo ha istituito, ossia per mezzo del lume della retta ragione, o principalmente per mezzo della rivelazione, o co' fatti istessi, è essa l' ottima, e l' unica, che tutti gli uomini devono adottare, ed anzi agli uomini cosa nefanda ell' è staccarsi dalla medesima.

Ass 10. Le leggi, per cui venissero gli uomini alla consecuzione di quel suo amplissimo fine più facilmente, più sicuramente, e felicemente guidati, gliele prescrisse Iddio istesso sì per mezzo del retto uso della ragione, come per via di una espressa rivelazione, comandando, vale a dire, agli uomini » Amerai il Signore tuo Dio con tutta l'anima tua, con tutte il tuo cuore, con tutta la mente tua, ed il prossimo tuo come te stesso: In questi due comandamenti racchiusa sta tutta intieramente la legge, ed i Profeti. »

Ass. 11. Questa legislazione sì perchè è provenuta da Dio Ottimo Massimo, come perchè considerata in se stessa a quell'amplissimo fine tanto perfetta, e felicemente ci conduce, che esservi, o concepirsi non se ne può altra migliore, è essa onninamente l' ottima, e l' unica, ed agli uomini cosa nefanda ella è il dipartirsi dalla medesima.

Ax. 12. Singulis hominibus præcipua, et maxima cura esse debet, ut hæ divinæ leges sartae, tectæque serventur ab omnibus; quoniam uniuscujusque propria agitur res, cum custodiuntur eædem, aut infriguntur: *Et ideo unicuique Deus mandavit de proximo suo*.

Ax. 13. Unusquisque sive bonus, sive malus cum de proprio agitur promovendo bono, quod sperat, vel de avertenda molestia, quam patitur, aut timet; natura duce desiderat, vult, eligit, petit, ut id fiat, quo melius, tutius, citiusque fieri possit.

Ax. 14. Quod quisque pro re propria, natura duce, desiderat, vult, eligit, petit, id quoque desiderare debet, velle, eligere, et petere pro consecutione divini finis, et eo majori affectu, cura, solicitudine, studio; et elacritate, quo potiori vinculo Deo obsequi, ejusque fini inservire tenetur, et adlaborare.

Ass. 12. Ognuno adoperar deve la principale, e più gran diligenza, acciò queste divine leggi illese da tutti mantenute fossero, ed illibate; dapoicchè di una cosa propria di ciaschedun si tratta, quando le medesime osservate vengono, o trasgredite: *e perciò Iddio a ciascun comandò di aver cura del prossimo suo.*

Ass. 13. Ognuno o buono sia, o malo, quando si tratta di promuovere un proprio bene, che spera, o di allontanare una molestia, che soffre, o teme, per naturale impulso desidera, vuole, sceglie, dimanda, che ciò si facci quanto meglio, quanto più presto quanto più sicuramente si può.

Ass. 14. Ciò, che ciascun in un proprio affare per naturale impulso desidera, vuole, scieglie, e domanda, desiderarlo anche deve, volerlo, scieglierlo, e dimandarlo per lo conseguimento del fine divino, e con tanto maggiore affetto, diligenza, sollecitudine, impegno, e vivezza, con tanto più potente legame è egli tenuto di ossequiare Dio, e di prestarsi, ed affaticarsi per la consecuzione del di lui fine.

PROPOSITIO I.

Monarchiam Aristocratiæ præstare, et Democratiæ, ac ideo omnium optimam esse formam regiminis, Democratiam vero deterrimam, Philosophorum demonstratur sententiis.

DEMONSTRATIONES

Dem. 1. Ex Platonis sententia: Hic Philosophus in Polit. ultra medium: *Unius*, inquit, *dominatio bonis instructa legibus lex illarum omnium optima est. Gubernationem vero eam, in qua non multi imperant, mediam censere debemus; cœterum multorum administrationem omnibus in rebus debilem, atque infirmam*. Prudentissimus philosophus his suis apertissimis docet verbis, I. Monarchiam omnium optimam esse regiminis formam, deterrimam vero Democratiam; utpote quæ eadem ipsa Anarchia est; sicut experientia evidenti, cum magno nostro incommodo, summoque periculo, tres circiter annos, experti sumus: ex tunc temporis scilicet, quo Democratiæ vano obtentu saluberrima repudiata fuit Monarchia, ejusque Magistratus, et leges alioquin sapientissimæ. Retento enim Regis, legumque, ac Magistratuum nomine, revera sine lege, sine Magistratibus, sine ordine perfecta versamur in Anarchia, Anarchiæ autem ultima adhuc mala non patimur, tum admirabili providentia Dei, tum Regis invicta prudentia, tum quia spe cives boni, mali vero timore, ac omnes denique certo quodam usu, et quibusdam continemur reliquiis Monarchiæ.

PROPOSIZIONE I.

Si dimostra colle autorità de' Filosofi, che la Monarchia è più eccellente dell' Aristocrazia, e della Democrazia; e che perciò è fra tutte l' ottima forma di regime, la Democrazia però è la più scadente.

DEMOSTRAZIONI

Dem. 1. Dalla sentenza di Platone. Questo Filosofo nella Politica oltre il mezzo, disse » La Signo» ría di un solo fornita di buone leggi è la legge mi» gliore di tutte quelle leggi. Quel governo poi, in » cui non comandano molti reputar lo dobiamo mezza» no; l'amministrazione di molti, finalmente reputar » la dobbiamo inferma, e debole in tutte le cose » Questo saviissimo filosofo in queste sue chiarissime parole ci insegna, 1. Che la Monarchia è l' ottima forma di governo, e che la più scadente però è la Democrazia, come quella, che è la stessa, e medesima Anarchia, quale appunto per un evidente esperienza con nostro grande incommodo, e sommo pericolo sperimentato l' abbiamo nel corso di tre anni incirca. Da quel momento, cioè, che col vano pretesto della Democrazia, repudiata fu la salutevolissima Monarchia, e i di lei Magistrati, e leggi per altro sapientissime. Dapoicchè trattenuto il nome di Re, di Magistrati, e di leggi, realmente siamo senza legge, senza Magistrati, senza ordine in una perfetta Anarchia. Non soffriamo poi infino ad ora gl' ultimi guai dell'Anarchia sí per un ammirabile providenza di Dio, sí per l' invitta prudenza del Re, come anche perchè i buoni cittadini vengono trattenuti dalla speranza della Monarchia, i mali però dal timore, e tutti finalmente da un certo uso, e da alcuni avanzi della Monarchia.

II. Per illa verba: *Illarum omnium (bonarum legum) Lex optima est dominatio unius*: idem prudentissimus philosophus satis clare indicavit, quod illa lex, qua unius constituitur dominatio, seu Monarchia, principium est, et fons plenus a quo uno bonas leges, optimumque regimen sperare tantum licet. Sive quod idem, est, ex sola Monarchia optimas sperandas esse leges, quæ scilicet ad finis consecutionem melius tutius, citius conducant, quam illæ reliquarum formarum: quod rursus confirmat addendo: *Cæterum multorum administrationem* OMNIBUS IN REBUS DEBILEM ATQUE INFIRMAM. Porro si multorum dominatio infirma est, et debilis in omnibus rebus; debilis ergo, et infirma quoque est in ferendis legibus. Legum enim ferendarum res est una, immo præcipua ex omnibus rebus. Sicut propria quoque experientia comprobatum habemus. Repudiato enim veteri Magistratuum ordine, abrogatis quoque anterioribus omnibus alioquin sapientissimis legibus, nequicquam triennium expectamus novarum legum codicem, novumque Magistratuum ordinem, forsan nec ipsis iisdem tardis factura nepotibus umbram.

III. Si per Platonem multorum administratio debilis est, et infirma omnibus in rebus; cunctæ ergo omnino multitudinis administratio omnibus in rebus, et maxime in ferendis legibus est omnium debilissima, et infirmissima, atque adeo omnium deterrima; et e contra, unius administratio omnibus in rebus, et in ferendis maxime legibus est omnium fortissima, ac firmissima, ac ideo omnium bonarum legum lex optima, et omnibus omnino præferenda. Per Plato-

II. Il medesimo prudentissimo Filosofo con quelle parole » Di tutte quelle (buone leggi) l' otti- » ma legge è quella, per cui vien costituita la Signo- » ría di un solo » assai chiaramente ci significò, che quella legge, per cui vien fondata la Signoría di un solo, ossia la Monarchia, è il principio, ed il pieno fonte, dal quale solo sperar solamente si può le buone leggi, e l'ottimo regime: o ciò, che è lo stesso; dalla sola Monarchia sperar si devono l' ottime leggi, quelle, cioè, che alla consecuzione del fine più presto, più sicuramente, e meglio ci conducano, che quelle dell'altre forme di governo: locchè maggiormente ce lo conferma aggiungendo » Del resto l'amministrazione di molti in ogni cosa è debole, ed inferma » Ma se l'amministrazione di molti è debole, ed inferma in tutte le cose; debole adunque, ed inferma ancor si è in formar le leggi. Imperocchè la formazion delle leggi è uno, anzi il principale di tutti gl'affari del governo. Che poi il regime di molti è debole, ed infermo anche nel formar le leggi, egreggiamente ce lo comprova pure la propria esperienza. Dapoicchè dopo repudiato l'antico ordine de' Magistrati, dopo abrogate ancora tutte le nostre anteriori leggi per altro sapientissime, sono giá anni tre, che aspettiamo indarno il codice delle nuove leggi. ed il nuovo ordine de' Magistrati, e forse indarno l'aspetteranno ancora gli istessi più tardi nepoti.

III Se per Platone l'amministrazione di molti è inferma, e debole in tutte le cose; l'amministrazione adunque di tutta intiera la moltitudine in tutte le cose debolissima fra tutte l'altre ella è, ed infermissima, e massime nel formare le leggi, e che perciò è la più scadente di tutte l'altre forme di regime: ed all' inversa, l'amministrazione di un solo in tutti gl'affari, e massime in formare le leggi è la più valorosa, e costante di tutte l'altre, e che perciò è l'ottima di tutte le buone leggi, e da doversi preferire

nem igitur omnium bonorum legum lex optima illa, qua Monarchia decernitur, utpote quod a Monarchia tamquam a suo firmissimo, fortissimoque fonte, et bonæ reliquæ leges, et optimi optima procedit forma regiminis.

Dem. 2. Ex Isocrate Platonis æquali, et amicissimo, Philosopho simul, et Oratore, Athenis nato educato, divitiis aucto, vitaque defuncto, Athænis, inquam, quæ Democratica Civitas fuit Monarchiæ semper infensissima. Audiat Joannis Calvinus, ejus audiant sectatores, maximeque Nostrates, qui Democratiam extollunt, deprimunt vero Monarchiam, audiant, inqnam, hunc democraticum philosophum in sua philosophica, et eloquenti Oratione, cui titulus *Nicocle*, ita pro Monarchia perorantem *cap.* 1. cujus haec sunt verba cedro sane digna: » Quod igitur ad Respublicas attinet, omnes mihi assentiri arbitror, iniquissimum esse, ut eadem bonis, et improbis tribuantur: aequissimum vero, ut recta ratio ineatur, et discrimen servetur, ne inaequales aequalia consequantur; sed ut ea cujusque, et fortuna sit, et dignitas, quam meretur. At vero Oligarchiae, et Democratiae id spectant, ut aequalitas sit, inter ejusdem Reipublicae socios. Monarchiae vero principem locum praestantissimo cuique deferunt: Secundum illi, qui a primo est proximus: Tertium, et quartum caeteris eadem ratione. Quae si non ubique recepta in mores sunt; ea tamen est hujus imperii ratio, et voluntas. Quod si et ingenia hominum, et actiones spectemus, universi Monarchiam praestare caeteris fatentur. Quis vero sanae mentis est, qui se non optet ejus potius civem esse Reipublicae, in qua sua virtus non ignoretur, quam nulla re vulgo potiorem delitescere? Quin etiam

assolutamente a tutte. Per Platone l'ottima di tutte le leggi è quella, che comanda di adottarsi la Monarchia; perchè dalla Monarchia appunto come da un suo costantissimo, e valorosissimo fonte provengono tutte l'altre buone leggi, e di un ottimo governo l' ottima forma.

Dem. 2. Presa dalla sentenza di Isocrate coetaneo, ed amicissimo di Platone, Filosofo insieme, ed Oratore, nato, educato, arricchito, e morto in Atene, in Atene, io dico, che fu una Città Democratica nemica sempre capitalissima della Monarchià. L' ascolti Giovanni Calvino, l'ascoltino i di lui settarj, e massime i Nostrali, che inalzano la Democrazia, abbassano però la Monarchia, ascoltino, io dico, questo Democratico filosofo, che nella sua filosofica, ed eloquente orazione, titolata *Nicocle* così perora in favore della Monarchia al capo 1., le di cui parole sono le seguenti, parole certamente degne di essere scritte nel libro dell' Immortalità » Per quanto adun» que alle Repubbliche si appartiene; io stimo, che » tutti mi concedono esser cosa ingiustissima, che siano » egualmente trattati i buoni, che i malvagi; esser però » cosa giustissima, che si facci un giusto calcolo, e si » noti la differenza, acciò trattati non vengano da egua» li, quei che ineguali effettivamente si sono; ma la sor» te, e la dignità di ognuno sia quella, che effettiva» mente si merita. Ma le Aristocrazie, e le Demo» crazie hanno la mira, di mantener l'egualtà fra tutti » i socj della medesima Republica. Le Monarchie pe» rò donano il primo luogo a chiunque è il più ec» cellente; il secondo a chi più si avvicina al primo; » il terzo, e il quarto agl'altri colla medesima discre» zione. Le quali cose se non si mettono in prattica » da per ogni dove; tale tuttavia è l' indole, e la natu» ra di questo impero. Che se consideriamo le incli» nazioni, e l'azioni degli uomini, tutti confessano,

» hanc tanto, et mitiorem, et aequiorem judicemus,
» quanto facilius est, unius viri judicio, et voluntati
» satisfacere, quam id, dare operam, ut multis, et va-
» riis ingeniis placeas. Monarchiam igitur, et JUCUN-
» DIOREM ESSE, et LÆNIOREM, et ÆQUIOREM etsi pluri-
» bus ostendi posset; ex his tamen facile intelligi pot-
» est. In cæteris vero quanto Monarchiæ sint, et ad con-
» sulendum potiores, et ad res opportune faciendas, sic
» pulcherrime cernemus, si in maxima negotia inter
» se comparata inquiramus. Nam qui in singulis an-
» nis Magistratus ineunt, prius ad vitam privati rede-
» unt, quam publicorum negotiorum scientiam aliquam
» consequantur, usuque rerum erudiantur. Qui vero
» iisdem rebus perpetuo præsunt, ut minus ingeniis
» valeant, longe tamen experientia cæteris antecel-
» lunt. Illi præterea dum alii alios intuentur, multa
» negligunt; hi vero, cum sciant a se omnia per-
» fici oportere, diligenter de singulis cogitant. Ad
» hæc Democratici, et Oligarchici, ambitiosis inter se
» dissentionibus, Reipublicæ nocent. Monarchæ vero,
» et qui neminem habent, cui invideant, de rebus
» omnibus, quantum quidem fieri potest, id statuunt,
» quod utilissimum est. Jam illi maximam temporis
» partem domesticis negotiis occupati offensionem ne-
» gligentiae saepe vitare non poterunt. Deinde in conci-
» liis saepius eos reperias inter se rixantes: quam
» in commune consulentes: hi vero, quia neque ca-

» che la Monarchia è più eccellente dell'altre. Chi
» poi di mente sana vi è, il quale, non desidera piut-
» tosto esser cittadino di una Republica, in cui è ri-
» conosciuta la sua virtù, che restar ignoto, senza
» esser in cosa alcuna contradistinto dal volgo? Anzi
» reputiamo, che questa è tanto più dolce, e discreta,
» quanto è più facile soddisfare al giudizio, e volontà
» di un solo, che aver la sollecitudinedi contentar le
» molte, e diverse voglie dell' innumerevole moltitu-
» dine. Seben adunque con molte altre ragioni di-
» mostrar si potrebbe, che la Monarchia è la più
» gioconda, e la più dolce, e la più discreta; com-
» prender tuttavia facilmente si può da quanto detto
» abbiamo. Rapporto poi all'altre cose, quanto le Mo-
» narchie sono a maggior portata di dar le provvidenze,
» e disbrigare opportunamente le facende, chiarissi-
» mamente lo scorgeremo, se esaminiamo gl'affari i
» più rimarchevoli comparandoli fra di loro. Impe-
» rocchè quei, che imprendono in ogni anno le Magi-
» strature, ritornano alla vita privata pria di acquistare
» una qualche scienza degli affari publici, e di istruirsi
» coll' uso, e colla prattica delle cose. Quei però che
» perpetuamente presiedono ai medesimi affari, quando
» anche valessero meno per ingegno, prevalgono tut-
» tavia a tutti gl'altri per l'esperienza. Inoltre quelli
» mentre stanno a guardarsi l' un l'altro, trascurano
» molte facende; questi però sapendo, che devono far
» essi tutte le cose, pensano diligentamente ad ognu-
» na. Aggiungi a queste cose, che i Democratici, e
» gl' Aristocratici colle ambiziose dissenzioni fra loro
» nocumento recano alla Republica. I Monarchi pe-
» rò come quei, che alcun non hanno da invidiare;
» in ogni cosa per quanto certamente è possibile,
» sanzionano ciò, che è utilissimo. Quegli poi occu-
» pati per la maggior parte del tempo dai loro do-
» mestici affari, spesso scanzar non possono la nota
» di negligenza. Nelle raunanze dippoi anzi che con-

» rias, neque definita tempora habent, noctu, et in-
» terdiu negotiis intenti nullas occasiones negligunt,
» sed in tempore singula peragunt. Ad haec illi inter se
» inimici tum superioris, tum sui temporis Magistratus
» urbi quam pessime praefuisse vellent, ut ipsi quam
» maximam gloriam consequerentur: hi verò, cum per
» omnem vitam rerum potiantur, semper eadem be-
» nevolentia sunt: Et (quod omnium maximum est)
» alteri Rempublicam ut suam, alteri ut alienam cu-
» rant. Alteri in concilium de iis adhibent cives audacis-
» simos; alteri, delectu ex omnibus habito, pruden-
» tissimos: alteri honorant eos, qui in turba dicere
» possunt; alteri rebus gerendis idoneos evehunt. Ne-
» que vero in quotidianis tantum, ac veluti in or-
» bem redeuntibus Monarchiae negotiis excellunt; sed
» omnes etiam belli gerendi commoditates complectun-
» tur. Nam et conscribere milites, et illis uti, seu
» clam, seu palam, et aliis persuadere, alios cogere,
» alios largitionibus adducere, alios officiis demereri,
» facilius est Monarchiis, quam caeteris. Atque haec
» non minus rebus ipsis, quam verbis probantur. Nam
» et Persarum potentiam scimus omnes ad tantam pro-
» cessisse magnitudinem non virorum illorum prudentia,
» sed eximia Regum observantia; et Dionisii Tyran-
» ni opes eadem ratione crevisse vidimus. Qui cum
» non reliquam modo Siciliam vastatam, sed suam
« patriam etiam obsidione cinctam suscepisset, tum
» illis eam periculis liberavit, tum Graecarum Civita-

» sultare in commune, li troverai più spesso, che fra
» *loro* si rissano; i Monarchi però, che nella neces-
» sità non sono di andare alla curie, nè legati sono
» a tempi determinati, notte, e giorno alle facende
» intenti, occasione alcuna non trascurano, ma ogni
» cosa eseguiscono a suo tempo. Dippiù quei, nemici
» fra loro vorrebbono, che i Magistrati sì del tem-
» po precedente, che i contemporanei presedutoaves-
» sero alla città, *quanto più pessimamente fosse* pos-
» sibile, acciocchè *eglino la* possibile somma gloria
» conseguissero; questi però avendo sempre per tutta
» *la* sua vita in suo poter l'impero, sempre sono col-
» la medesima benevolenza: e (ciocchè più di ogni
» altro importa) gl' altri amministrano la Republica
» come sua, gl'altri come di altrui; gl'altri adopera-
» no nella radunanza i più audaci cittadini; gl'altri,
» tenuta scelta i più prudenti fra tutti; gl'altri ono-
» rano quei, che gridar possono nella turba; gl' altri
» promuovono i più adatti a maneggiar le cose. Le
» Monarchie poi più eccellenti si sono, non solo ne'
» negozj giornalieri, e che tornano quasi sempre in
» giro; ma abbracciano pure i vantaggi tutti di ben
» maneggiar le guerre. Imperocchè e l'arrollar i sol-
» dati, e servirsi di essi ossia palesamente, ossia na-
» scostamente, ed il persuadere altri, altri forzarli,
» indurre altri col largo donare, affezionarsi altri con
» cortesìa, riesce più facile alle Monarchie, che agl' al-
» tri imperj. E queste cose comprovate vengono non
» solo colle ragioni, ma anche da' fatti medesimi. Da-
» poicchè, e sappiamo tutti che la potenza de' Persia-
» ni è arrivata a tanta grandezza non già per la pru-
» denza di quella nazione, ma per l' insigne circospe-
» zione de' Re; ed abbiam veduto esser per la stessa
» raggione cresciuto il Regno di Dionisio Tiranno.
» Il quale avendo intrapreso il regime della Sicilia
» quando era non solo in tutto il rimanente devasta-
» ta, ma anche cinta di assedio la sua patria, egli e

» tum maximum efficit. Etiam Cartaginenses, et La-
» cedemonii, qui inter omnes Graecos optime Rempub-
» blicam administrant, etsi domi paucorum potestate
» reguntur, in bellis tamen Regio parent Imperio.
» Quin et Civitatem Atheniensium, quae Monarchiis
» infensissima est, ostendi potest, quando multos impe-
» ratores mittit, affici cladibus; cum vero in belli dis-
» criminibus unum summae rerum praeficit, bene rem
» gerere solere. Enim vero quinam evidentius osten-
» di potest, praestantissimas esse Monarchias, quam
» hujusmodi exemplis? Est enim perspicuum, et eos,
» qui perpetuo Regiae potestati parent, esse poten-
» tissimos, et eos, qui bonas Oligarchias habent, in
» rebus gravissimis, et maximis partim unum tantum
» imperatorem, partim Regem exercitibus cum imperio
» praeficere; et eos, qui Monarchias oderunt, quando
» multos duces mittunt, nihil recte, feliciterque ad-
» ministrare. Quod siquid e vetustatis memoria re-
» petendum est: dii etiam Regem habere Jovem di-
» cuntur. Qui sermo si verus est, apparet Deos etiam
» hunc statum caeteris anteferre; sin rei veritatem
» nemo novit; sed ipsi conjecturis in eam opinionem
» adducti sumus; id argumento est, nos omnes *Mo-
» narchiam praestantissimam judicare*. Nec enim
» tali deos uti Repubblica diceremus, nisi eam longe
» praestare caeteris judicaremus. *Quid Calvinus ipse,
» quid nostri nebulones ad hæc?*

» la liberò da quei perigli, e la rendè la più gran Città
» di tutta la Grecia. Anche i Cartaginesi, ed i Spar-
» ni, che fra tutte le Città Greche ottimamente am-
» ministrano la Repubblica, quantunque in Città ven-
» gono regolati dalla potestà di puochi; tuttavia nel-
» le guerre obbediscono al Regio Impero. Anzi di-
» mostrar si può, che anche la stessa Città degli A-
» teniesi, che oppostissima si è della Monarchia, quan-
» do manda molti imperadori, resta disfatta, e vinta;
» quando però ne' frangenti della guerra, mette alla
» testa del governo un solo, riuscirgli prosperamente
» sogliono le cose. Or che eccellentissime siano le
» Monarchie, in qual modo si può mai, più eviden-
» tamente dimostrare, che con tali esempj? Imperoc-
» chè è evidente, e che sono potentissimi tutti quei,
» che perpetuamente ubbidiscono alla regia potestà,
» e quei, che hanno buone Aristocrazie, nelle cose del
» più gran peso, e della maggiore importanza, l' impero
» degl' eserciti deferiscono parte ad un Imperador sol-
» tanto, parte ad un Re; e quei, che detestano le
» Monarchie, quando mandano molti condottieri,
» niente bene, e felicemente amministrano. Che se
» prender poi si deve un qualche argomento dalla
» memoria dell'antichità: si dice, che li Dei ancora
» hanno per Re un Giove. Quale cosa se è vera,
» manifesto si è, che gli Dei ancora antepongono a-
» gl'altri questo Stato. Se niuno poi sa, come vada
» presso li Dei questa facenda; ma noi stessi siamo
» in questa opinione entrati per via di congetture;
» argomento si è, che noi tutti giudichiamo, che la
» più eccellente di tutte è la Monarchia. Dapoicchè
» non diremmo noi certamente, che di tal governo si
» avvagliano li Dei, se non giudicassimo, che essa è
» di gran lunga la più eccellente di tutte l'altre. Al-
» la forza di questi invincibili argomenti, che replicar
» mai possono Calvino istesso, ed i nostri furfalloni?

Dem. 3. Ex Aristotele. Hic Philosophorum facile princeps Platonis sui alioquin præceptoris, et Isocratis, seu potius clarissimæ præmens vestigia veritatis *lib.* 8. *Ethic cap.* 10. postquam tres illas enumeraverat regiminis formas, ista verba subjecit: *Horum optima Regnum pessima Respublica est.* Isti porro celeberrimi Philosophi utpote qui Athænis Democratica Civitate educati, et ibidem suam degerunt vitam, probe experientia noverant, quid sit, Cives in regiminis Democretica vivere forma.

Dem 4 Ex Demostene Aristotelis æquali, et condiscipulo in schola *Platonis*. Demostenes cum plurimum dicendo valuerit in sua Civitate, nescio quidem utrum Eloquentiæ arte, an vi Philosophicorum id obtinuerit argumentorum ex arcanis solidissimae Philosophiae scriniis eductorum. Hic eloquentissimus Philosophus non aliter, ac suum praeceptorem, suumque illustrem condiscipulum se de Monarchia sensisse, et Democratia, satis clare ostendit cum in multis locis, tum quoque *Philip* 1 *c.* 2. *Olintiaca* 4. cum scilicet coram frequentissima Atheniensium universa multitudine, quam etsi probe noverat infenssissimam esse Monarchiae, Democratiae autem amantissimam, non erubuit tamen, non veritus est, paucis id ipsum fateri, quod Isocrates de Monarchia docuerat, et Republica, quod Plato quod Aristoteles, unius nimirum dominationem omnibus excellere, quia ad res omnes bene gerendas, et praecipue bellum caeteris aptior. En ejus verba de Philippicarum victoriarum causa disserentis supra democraticas civitates, ejus verba, inquam, desumpta ex versione Cæsarotti; *Che egli so-*

Dem. 3. Dal sentimento di Aristotile. Quest', che fu certamente il Principe de' Filosofi, premendo i vestigj di Platone per altro suo precettore, e quelli di Isocrate, o per dir meglio quelli della veritá altronde evidentissima, nel *libro* 8. *dell'Etica capo* 10. dopo aver numerato quelle tre forme di governo, soggiugne le seguenti parole: *fra questi l' ottima è il Regno, la pessima è la Republica*. Invero questi tre celeberrimi filosofi, come quei, che educati essendo in Atene Città Democratica, ivi medesimo menarono tutta la loro vita, avevano per esperienza perfettamente conosciuto, che importa vivere sotto il regime della forma Democratica.

Dem. 4. Presa da Demostene coetaneo di Aristotele, e condiscepolo nella scuola di Platone, avendo egli nella sua città assaissimo, e più di tutti valuto per la forza del suo ragionare, non saprei certamente dire se abbia questo vantaggio ottenuto per l' arte dell'eloquenza, o per l' efficacia de' filosofici argomenti cavati da' reconditi scrigni della più solida filosofia. Qnest' eloquentissimo Filosofo con bastante chiarezza manifestò che intorno alla Monarchia, e Democrazia non portava egli sentimento diverso del suo precettore, e del suo celebre condiscepolo, chiaramente lo manifestò, io dico, sì in molti luoghi, come ancora nella *Filippica* 1. *c*. 2. *Olintiaca* 4. quando, vale a dire, in faccia di tutta intiera la numerosissima moltitudine degl'Ateniesi, che sebene egli sodamente conoscea esser capitalissima nemica della Monarchia, amantissima però della Democrazia, non arrossì tuttavia, non temette di dire in puoche parole, e confessare ciò medesimo, che intorno alla Monarchia, e la Republica insegnato avea Isocrate, Platone, ed Aristotele; che la signoría di un solo, vale a dire, è fra tutte la più vantagiosa forma di regime; per quella raggione, che a maneggiar bene tutte le cose, e massime la guerra è di tutte la più adatta. Ecco le parole, che egli proferì mentre discorrea della cagion, per cui il Re Filippo riportato avea tante vittorie su

lo sia delle publiche, e secrete cose Signore; che governi ad un tempo il regno, l'armata, e l'erario; che a tutto accorra, presieda a tutto, giova bensì di molto a condur bene, e speditamente la guerra. Contra vero nulla quidem inveniri potest Demostenis Oratio, in qua ipse idem vehementer suis non exprobret Atheniensibus eadem illa vitia, et impedimenta, quae modo laudatus Isocrates, et Plato Oligarchiae, et Democratiae naturalia esse docuerunt, ingenita, et inseparabilia.

Dem. 5. Ex Tullio Cicerone, qui si eximius Pilosophus non fuisset; nunquam Romanæ Eloquentiæ Princeps esse potuisset. Is lib. 3. de legib *Omnes*, inquit, *antiquæ nationes Regibus quondam paruere, magis enim tranquillitati, concordiæque ita consulitur.* Atqui communis tranquillitas, concordia, pax, et harum soror germana felicitas est utique societatis præcipuus, et necessarius finis. Monarchia ergo, quæ his rebus magis consulit, omnium optima est. O magna vis veritatis, quæ pro Monarchia etiam ab invitis fortasse Demostene, et Cicerone verum elicit testimonium, quum quidem hi duo Eloquentiæ emuli patres infensissimos se semper ostenderint Monarchiæ.

Dem. 6. Ex Tacito, qui Annal. lib. 1. c. 9 *Non aliud*, ait, *discordantis patriæ remedium, quam ut ab uno regatur.* Et T. 1. His. c 1. *Pacis interest omnem potestatem ad unum conferre.*

le democratiche cittá, ecco le di lui parole, io dico, trascritte dalla versione di Cesarotti » *Che egli solo sia delle publiche, e segrete cose Signore; che governi ad un tempo il Regno, l'armata, e l'erario; che a tutto accorra, presieda a tutto, giova bensì di molto a condur bene, e speditamente la guerra* » All' incontro poi, trovar alcerto non puossi di Demostene Orazione alcuna, in cui egli medesimo gagliarmente non rinfacci a' suoi Ateniesi quei medesimi vizj, ed inciampi, che il sopra lodato Isocrate, e Platone apprender ci fecero di esser naturali, innati, ed inseparabili dell'Aristocrazia, e Democrazia.

Dem. 5. Presa dalla sentenza di Tullio Cicerone, il quale se insigne Filosofo stato non fosse; non avrebbe potuto mai esser il principe della Romana Eloquenza. Egli nel libro 3. delle leggi, *Tutte*, disse, *le nazioni antiche ubbidirono un tempo ai Re; dapoicchè così meglio alla concordia si provvede, ed alla tranquillità.* Ma la comune tranquillità, concordia, pace, e la di queste sorella germana la felicitá è appunto il fine principale, e necessario della società. La Monarchia adunque, che a tali cose meglio provvede, l'ottima ella si è fra tutte le altre. O gran potenza della verità, che a favor della Monarchia la vera testimonianza cavar ella potè dalla bocca anche di Demostene, e Cicerone, che darla certamente non voleano, mentre eglino questi due émuli Padri dell'Eloquenza sempre alcerto mostraronsi nemici capitalissimi della Monarchia.

Dem. 6. Da Tacito, il quale nel Libro 1. degli Annali cap. 9. scrisse: *Per la salvezza della discordante patria altro remedio non vi è, che l'esser governata da un solo.* E nel Titolo 1 dell'Istoria, capo 1. *Giova alla pace, che si cumuli*

Dem. 7. Seneca *lib.* 2 *de Benef.* Marcum Brutum, ait, non satis prudenter egisse, cum Julium Cæsarem spe libertatis occidit, et rationem, reddens ait, *Cum optimus Civitatis status sub Rege justo sit.*

Dem. 8. Plutarchus cum integrum Opusculum de Monarchia, cæterisque regendæ multitudinis conscripsit formis, ita ibidem suam expressit sententiam: *Si optio eligendi concessa fuerit, non aliud eligat quam unius potestatem.* Et rursus in Solone, cum dixisset, Athænis plurimas seditiones extitisse, dum viguerat Democratia, continuo subdit: *Una autem superesse ratio videbatur ad salutem, et quietem, si res delatæ ad dominatum essent.*

Dem. 9. Joannes Stobæus Sermonem quadragesimumquintum confecit ad probandum, et persuadendum, quod omnium optima sit Monarchia, ibique ad hoc ipsum confirmandum, Hesiodi, Euripidis, Serini, Ecphantis, aliorumque multorum producit testimonia. Quæ quidem omnia hìc transcribere longum esset.

Dem. 10. Herodotus lib 3. qui Thalía inscribitur, cædem cum exposuisset Magorum, qui Regnum occupaverant in Perside, exponit etiam disputationem, in qua inter Principes de Republica constituenda actum fuerat. Cujus disputationis exitum eum fuisse tradidit, ut diligenter excussis eorum sententiis, qui pro Aristocratia, vel Politia decertabant, omnium consentione, uno tantum excepto, omnium utilissima, et præstantissima judicata fuerit Monarchia, et in Perside propterea etiam retenta.

in un solo tutta la potestà .

Dem. 7. Seneca nel *libro* 2. *de' Beneficj* scrisse, che Marco Bruto dipertato non si era da molto prudente, quando diede a Giulio Cesare la morte per la speranza della libertà, » E volendo render ragione di questo suo sentimento , soggiunse: *Mentre l'ottimo stato della Città è quando sta sotto un Re giusto.*

Dem 8. Plutarco avendo scritto un intero Opuscolo su la Monarchia, e l'altre forme di reggere la moltitudine, così ivi medesimo la sua sentenza espresse: *Se sarà ad alcun concessa la facoltà di eliggere, non altro eligga, che la potestà di un solo.* Ed un altra fiata nella vita di Solone, avendo detto che in Atene vi furono moltissime sedizioni, mentre che era in vigore la Democrazia , tosto soggiunse » Per la salvezza poi, e per la quiete restar sembrava una sola strada, se adottata, cioè , si fosse la Monarchia .

Dem. 9. Giovanni Stobeo compose il suo Sermone quadragesimo quinto per provare appunto, e persuadere, che l'ottima di tutte è la Monarchia, e a confermar questa veritá adduce ivi stesso le autoritá di Esiodo , Euripide, di Serino , Ecfante , e di molti altri: le quali sarebbe certamente troppo lungo a trascriverle quì tutte .

Dem. 10. Erodoto nel libro 3. titolato Talía dopo aver esposto la uccisione de' Magi, che nella Persia occupato aveano il Regno, rapporta ancor la conferenza, in cui si trattò fra i Principi su la forma di governo che instituir si dovesse . L' esito della quale conferenza di essere stato ei scrisse, che dopo discusse diligentamente le sentenze di quei, che stavano per l'Aristocrazia, o la Democrazia, per consenso di tutti, eccettone solamente un solo , la Monarchia fu giudicata la più utile, ed eccellente di tutte, e che perciò nella Persia fu ancor mantenuta .

Dem. 11. Philo Theologus, Philosophusque Hæbraeus in *lib. de Confusione Linguarum* laudans Homeri sententiam; *Illud*, inquit, *multos imperitare, malum est*, REX UNUS ESTO, *non ad civitates, et homines magis pertinet, quam ad* Deum.

Dem. 12. B. Justinus tamquam Graecus Philosophus in Orat. exhort. ad Gentes multorum principatum noxium esse docet, et contra unius utilem, et salutarem: *Unius enim*, inquit, *principatus a bellis, dissidiisque solutus, ac liber esse solet*.

Dem. 13. Tamquam Graecus quoque Philosophus S. Athanasius in Orat. advers. Idol. *Ut enim*, inquit, *multitudinem deorum diximus nullitatem esse deorum; ita quoque necesse est multitudinem Principum id efficere, ut nullus esse Princeps videatur: ubi autem Princeps non est, ibi prorsus disturbatio nascitur* Oh! tanto viro dignissima argumentatio!

Dem. 14. Ex Latinis Patribus tamquam meris, immo sagacioribus quidem Philosophis consideratis idem docet B. Cyprianus, qui in Tractatu de Idol. vanit. ex eo potissimum probat, Deum esse unum, quia Monarchia sit optimum, et naturalissimum regimen; quae sane ratio argumenti futilis fuisset, et inepta, si persuasum sibi non fuisset, omnes homines in eam ire sententiam, ut optimam judicarent, et naturalissimam esse Monarchici regiminis formam: *Ad Divinum* ait, *imperium etiam de terris mutuemur exemplum; quomodo unquam regni societas, aut cum Fide cœpit, aut sine cruore desiit?*

Dem. 15. Idem quoque docet S. Hieronymus in Epist. ad Rustic. *Unus*, inquit, *Imperator*, *Judex*

Dem. 11. Filone Teologo, e Filosofo Ebreo nel suo libro titolato della Confusione delle Lingue, lodando egli quella sentenza di Omero » L' impero di molti è un male, un solo Re vi sia » Egli soggiunse, che questa sentenza non interessa più alle Città, e agli uomini, che a Dio.

Dem. 12. S. Giustino qual Greco Filosofo nella sua Orazione esortatoria a' Gentili, insegna che nuocevole si è il principato di molti, ed all'incontro, utile, e salutevole quello di un solo. *Dapoicchè*, ei disse, *il principato di un solo suol essere sciolto, e libero delle guerre, e de' dissidj.*

Dem. 13. Qual Greco Filosofo ancora S. Atanasio nella sua Orazione contro gl' idolatri scrisse: *Come la moltitudine degli Dei dissimo di essere una nullità di Dei, così è ancor necessario, che la moltitudine de' Principi porti l'effetto, che sembri di non esservi alcun Principe. Ove poi non vi è alcun Principe, ivi certamente nasce il disturbamento.* O argomentazione degnissima di un sì grand' uomo!

Dem. 14. De' Santi Padri Latini considerati pure come semplici, ma alcerto più sagaci filosofi le medesime verità ci fa apprendere S. Cipriano, il quale nel Trattato della Vanità degl' Idoli prova l' unità di Dio principalmente da quel capo, che la Monarchia è l' ottimo, ed il più connaturale governo. Quale maniera di argomentare sarebbe certamente vana, ed inetta; se egli non fosse stato persuaso, che tutti gli uomini nutrivano quel sentimento, per cui giudicavano, che la forma del Monarchico regime è l' ottima, e la più naturale. Per dimostrare, ei disse, il Divino Impero prendiam l' esempio anche dalla terra: come mai la società del Regno o cominciò con lealtà, o finì senza sangue?

Dem. 15. La stessa verità ci fa apprendere ancor S. Girolomo nella sua lettera a Rustico « Un solo Imperador vi sia, ei scrisse, un solo giudice della

unus provinciæ; Roma, ut condita est. simul habere duos fratres Reges non potuit.

Dem. 16. Angelicus denique Doctor ut Philosophus quoque lib. 4. contra Gentes cap. 76. quod et in 1. P. q. 103. art. 3. *Respondeo*, ait, *dicendum, quod necesse est dicere, quod mundus ab uno gubernetur. Cum enim finis gubernationis mundi sit, quod est essentialiter bonum, quod est optimum; necesse est quod mundi gubernatio sit optima. Optima autem gubernatio est, quæ sit per unum. Cujus ratio est, quia gubernatio nihil aliud est, quam directio gubernatorum ad finem, qui est aliquod bonum: unitas autem pertinet ad rationem bonitatis; ut Boet: probat in tertio de Cons. per hoc, quod, sicut omnia desiderant bonum, ita desiderant unitatem, sine qua esse non possunt. Nam unumquodque in tantum est, in quantum unum est. Unde videmus, quod res repugnant suæ divisioni, quantum possunt, et quod dissolutio uniuscujusque rei provenit ex defectu illius rei. Et ideo id, ad quod tendit intentio multitudinem gubernantis est unitas, sive pax: Unitatis autem causa per se est unum. Manifestum est enim quod plures multa unire et concordare non possunt, nisi ipsi aliquo modo uniantur. Illud autem, quod est per se unum, potest esse causa unitatis convenientius, quam multi uniti. Unde multitudo melius gubernatur per unum, quam per plures. Relinquitur ergo, quod gubernatio mundi, quæ est optima, sit ab uno gubernante. Et hoc est, quod Philosophus dicit in 12 Meta: Entia nolunt disponi male, nec bonum pluralitas principatuum. Unus ergo Princeps.* Calvinus profecto invincibilem hujus Angelicae

provincia : *Roma, tustocchè fu fabricata, aver non potè due fratelli insieme Re.* »

Dem. 16. L'Angelico Dottore finalmente anche come Filosofo nel *libro* 4. contro i Gentili *capo* 76. e nella prima Parte questione 103. *art.* 3 » Rispon-
» do, ei scrisse, doversi dire, che è necessario il di-
» re, che il Mondo vien governato da un solo. Im-
» perocchè essendo il fine del governo del Mondo
» ciò, che essenzialmente è buono, ciò, che essen-
» zialmente è ottimo, necessario si è, che il governo
» del Mondo sia ottimo. L'ottimo governo poi è
» quello, che si fa per un solo. La ragion di ciò si
» è, che il governo niente altro si è, che il dirig-
» gere i governati alla consecuzione del fine, il quale
» è un qualche bene: l'unità poi costituisce l'essen-
» za della bontà, come Boezio nel terzo libro *de Cons.*
» lo prova per questo capo, che siccome tutte le co-
» se desiderano il bono, così desiderano l'unità, sen-
» za la quale esser non possono. Dapoicchè ogni co-
» sa in tanto è, in quanto è una Quindi è, che ve-
» diamo, che le cose resistono per quanto possono,
» alla loro divisione, e che la dissoluzione di ciascu-
» na cosa proviene dal difetto di quella medesima co-
» sa. E quindi, ciò, a cui tende l'intenzione di co-
» lui, che governa la moltitudine, è l'unità, ossia la
» pace. La causa naturale poi dell'unità è l'uno.
» Imperocchè è manifesto, che molti unir non posso-
» no, e concordare molte cose, se non si uniscono
» in qualche modo essi medesimi. Ciò poi, che di
» natura sua è uno, esser può causa dell'unità molto
» meglio, che molti uniti. Quindi la moltitudine è
» meglio governata da un solo, che da molti. Resta
» dunque, che il governo del Mondo, il quale è ot-
» timo, si facci da un solo. E questo è quanto il Fi-
» losofo dice nel duodecimo della Metafisica: *Gl'Enti*
» *non vogliono esser malamente disposti, ne cosa*

argumentationis vim aut, probe non intellexit, aut imperitis voluit imponere, cum deterrimam dixit esse Monarchiam, longe vero ab ea Rempublicam excellere.

Dem. 17. Ut de reliquis taceam, sit pro coronide sententia illa Homeri a Philosophis, et Sapientibus pene universis magnopere laudata, Homeri inquam, qui non immerito forsan a suis laudatur *admiratoribus*, ut eximius simul Philosophus, Orator, Poeta, Theologusque: sententia illa, inquam, quæ, vel sola suum Auctorem tot, tantisque clarissimis titulis vere dignum fuisse quam clarissime probat, confirmatque. Poetarum ergo facile parens Homerus *Iliad.* a *v.* 185. *circit.* Regem inducit Ulissem pro Agamemnone universorum exercitus Achivorum, eorumque etiam Regum, quorum ibi non exiguus quidem numerus erat, Rege supremo causam quasi dicentem, militumque multitudinem pœne tumultuantem, ut in officio se contineret acriter admonentem, et ita inter alia afflante, ac dictante Minerva, divinitus loquentem:

Ira autem magna est Regis Jovis alumni.
Tum honor ab Jove est, et diligit prudens eum
(Juppiter.
Quemcumque vero plebejum virum vidisset, vo-
(ciferantemque deprehendisset,
Cum sceptro insectabatur, increpabatque verbis;
Improbe, quiete sede, et aliorum verba audi,
Qui te præstantiores sunt; tu autem imbellis, et
(ignavus,
Neque unquam in bello numerandus, neque in
(concilio.

» *buona si è la pluralità de' principati . Sia dun-*
» *que un solo Sovrano* » Calvino certamente o non ben comprese l' invincibile forza di questa Angelica argomentazione, o imporre pretese agl'imperiti, quando disse, che la Monarchia era la più scadente, ed esser di gran lunga più eccellente di lei la Polizia.

Dem 17. Per tacere degl'altri finalmente serva di termine, e suggello quella sentenza di Omero da tutti quasi i Filosofi, e Sapienti grandamente lodata, di Omero, io dico, il quale vien da suoi ammiratori forse non a torto grandamente lodato come insigne Filosofo, insieme Oratore, Poeta, e Teologo; quella sentenza, io dico, che assai chiarissimamente dimostra, e conferma essere stato il suo Autore veramente degno di tali, e tanti risplendentissimi titoli. Omero dunque, Padre certamente de' Poeti nell'*Iliade* 2. *v*. 185. *circa*, introduce il Re Ulisse nell'atto di fare quasi la causa a favore di Agamennone Imperador Supremo dell' esercito di tutti gl'Achivi, e de' loro Re ancora, de' quali ve ne era nell' esercito un numero certamente non tenue, e che aspramente ammoniva la moltitudine de' soldati quasi tumultuanti, a mantenersi in divozione, e che per ispirazione, e dettato della Dea Minerva, così fra l'altre cose per divino impulso ei parlava.

Grande è poi l'ira del Re alunno di Giove.
L'onor pure che egli ha, gli è stato dato da Giove,
(ed il prudente Giove lo ha troppo a cuore.
Qualunque uomo plebeo poi avesse ei veduto, e tro-
(vato l'avesse vociferante
Lo inseguiva collo scettro, e l' increpava dicendogli:
» O impertinente statti a seder quieto, e degl'altri
(le parole ascolta;
» Che di te sono da più; tu poi imbelle, ed inetto
» Di alcun conto non sei mai in guerra, ne ne' con-
(sigli mai.

Nullo certe pacto omnes regnabimus hic Achivi,
Non bonum multorum principatus : unus Prin-
(ceps esto,
Unus Rex, cui dedit filius Saturni versuti
Sceptrumque, et jura, ut ipsis dominetur.

En Philosophus, Theologusque multo doctior Calvino, ejusque Aristocratlcis, et Democraticis omnibus. Homerus cum Apostolo ad Rom. docet: *Quod honor, potestas, et imperium non est, nisi a Deo Sapientissìmo*; Contra vero Calvinus, et ejus Aristocratici omnes, et Democratici blaterant, quod ab effrænato populo, ab insana semper, ac inordinata multitudine. Homerus prudentissime cogitans, quod homines utpote e nihilo gratis a Deo creati, et conservati, officia tantum habent erga Deum, erga seipsos, et erga caeteros, nihil vero juris, potestatis, honoris, et imperii, cum Apostolo rectissime docet : *Quod quisque de populo Dei Creatoris servus inutilis est, et ignavus, neque in bello numerandus neque in concilio*; Calvinus autem cum suis delirat dicens, singulos homines unumquemque sui ipsius potestatem habere, quam (per fictionem rei alioquin vere factu impossibilis) in comune a singulis omnibus collatam, tribuant vel uni, vel pluribus, vel sibi ipsis retineant et de multitudine singulos omues in bello nnmerandos esse, et Concilio, quin etiam potestate gaudere suprema : Homerus cum laudato Apostolo docet, quod Reges, et Principes honorem, sceptrum, jura, et imperium accipiunt a Deo, cui soli honor, potestas, et imperium est. Calvinns vero cum suis effutiunt, quod accipiant a populo dissentiente, a multitudine levi semper et insana, cui natura Deo servire tantum natæ, nec honor, nec jus, nec potestas est, nec impe-

» In modo alcuno alcerto, non regnaremo quì tutti
(gl'Achivi.
» Buona non è la Signorìa di molti, un solo Re vi sia
» Un Sovrano, e sol colui, a cui il figlio del ver-
(suto Saturno diedè
» Lo scettro, ed i poteri di dominar su di essi. »

Ecco un Filosofo, e Teologo molto più dotto di Calvino, e di tutti i di lui Aristocratici, e Democratici. Omero coll'Apostolo ai Romani ci fa apprendere, che *l' onore, la potestà, e l' impero non viene, che dal Sapientissimo Dio*. Al contrario però, Calvino, e i di lui Aristocratici, e Democratici tutti ciarlano, che viene dal popolo sfrenato, e dalla sempre insana, e disordinata moltitudine: Omero prudentissimamente riflettendo, che gli uomini come dal nulla gratuitamente creati da Dio, e conservati hanno soltanto i doveri verso Dio, verso se stessi, e verso gli altri, niente però di dritto, di potestà, di onore, e di impero, giustissimamente coll'Apostolo ci insegna, che *ciascuno del popolo è servo inutile, ed inetto di Dio Creatore, e di non esser di alcun conto nè in guerra, nè ne' consigli*. Calvino però co' suoi delira dicendo, che tutti gli uomini ognuno ha la potestà di se stesso, che conferita (per una fizione di cosa per altro veramente impossibile a farsi) da ogni singolo in comune la trasferiscono tutta o in un solo, o in molti, o se la trattengono in se stessi, ed ogni singolo della moltitudine è da tenersi in conto nella guerra, e ne' concilj; e che anzi gode ancor la potestá suprema. Omero col lodato Apostolo insegna, che i Principi, ed i Re ricevono l' onore, lo scettro, la facoltá, e l' impero solamente da Dio, a cui solo appartiene l' impero, la potestá, e l' onore. Calvino però co' suoi inettamente spacciano, che li ricevano dal popolo sempre discordante, dalla moltitudine sempre leggiera ed insana, la quale per natura nata solamente essendo per servire a Dio, per natura non ha nè onori, nè dritto,

rium ullum. Homerus cum Apostolo Reges, et Principes subjicit uni Deo, eique soli rationem reddituros de ovibus ejus; Calvinus e contra cum suis Aristocraticis omnibus, et Democraticis Reges, Principesque subjiciunt procellosis fluctibus, et tempestatibus omnibus effrænatæ semper, levissimæ, et ingnavæ multitudinis, eique de rebus gestis reddituros rationem. Homerus cum Apostolo, et Universali Romana Ecclesia docet: *Nullo certe pacto regnabimus omnes, non est bonum multorum Principatus, unus Princeps esto; unus Rex, cui dedit Filius Dei potestatem, et jura, ut omnibus dominetur*: contra vero Calvinus cum Democraticis suis nullam, vel levissimam rationem adducens, levissime effutit: *Medius fidius regnabimus omnes; bonum est multorum Principatus; nullus Princeps esto, nullus Rex; hoc enim deterrimum est, omnes omnino imperabimus omnibus, quibus omnibus dedit Filius Dei, et sceptrum, et jura, ut omnes omnino dominentur omnibus*. Oh futilia verba Calvini, et contradictionibus plena! Si Filius Dei omnibus omnino dedit sceptrum, ut dominentur; nullus ergo remanet, cui dominentur omnes: Dei igitur Filius nullum sceptrum dedit omnibus. Dedit ergo, et non dedit. Rursus, si omnes omnino subjiciuntur dominatui; nullus remanet, qui dominetur. Nulli ergo Filius Dei sceptrum dedit, et jura, ut dominetur. Dedit ergo, et non dedit. En tuæ contradictiones, en absurda!

In hac comparatione celeberrimi Homeri, et impii Calvini, eorumque sententiarum ideo immorati sumus, ut magis magisque insignis, et effrons innotescat

nè potestà, nè impero alcuno. Omero coll'Apostolo assoggetta i Re, ed i Principi solamente a Dio, ed a render a lui solo ragione delle di lui pecorelle: Calvino all'opposto co' suoi Aristocratici tutti, e Democratici assoggetta i Re, ed i Principi a tutti ai procellosi ondeggiamenti, e tempeste della sfrenata sempre, incostantissima, ed inetta moltitudine, ed a render a lei sola il conto della loro amministrazione. Omero coll'Apostolo, e la Romana Universale Chiesa insegna dicendo. *In nessun conto alcerto regneremo noi tutti: cosa buona non è la Signorìa di molti: un solo Principe vi sia, un solo Re, e quest'sia quel solo, a cui diede il Figlio di Dio la potestà, e il dritto di dominar su tutti*: Al rovescio però Calvino co' suoi Democratici senza addurre alcuna neppur leggierissima ragione stoltissimamente uccella dicendo: » Tutti gnaffè regneremo; cosa buona si è la » Signoria di molti; alcun Principe non vi sia, non » vi sia alcun Re; dapoicchè questo è malissimo; » tutti intieramente comanderemo a tutti, a quali tutti » diede il Figlio di Dio lo scettro, e i dritti di tutti » intieramente dominar su tutti » O stravaganti parole di Calvino, e piene di contradizioni! Se il Figliuolo di Dio diede a tutti intieramente lo scettro del dominio; alcun dunque non resta, su cui debano esercitar tutti la Signoria. A tutti dunque il Figliolo di Dio questo scettro di dominar non diede. Diede dunque, e non diede. Ecco le tue contradizioni, o Calvino, ecco i tuoi assurdi. Dippiù, se tutti intieramente sono alla Signorìa soggetti; alcun non resta, che esercitar la possa. A niuno dunque diede il Figlio di Dio lo scettro, e i dritti di dominare. Diede dunque, e non diede. Ecco le tue contradizioni, ecco gl'assurdi.

Noi ci siammo trattenuti in questa comparazione, e parallello del celeberrimo Omero, e dell'empio Calvino, e de' loro sentimenti acciò sempre più si ma-

dunque Iddio di sua autorità conferì al solo Mose la
potestà suprema di reggere gl' Isdraeliti, non istituì
egli presso gl' Isdraeliti l'Aristocrazia vicina della Po-
lizia, come malamente spacciava Calvino, ma la pura
istituí, e semplice Monarchia. Qual cosa invero più
evidente di questa? Qual cosa più svergognata di que-
sto Calvino? Colla sua stessa autorità adunque con-
fermò ancora il Signore Iddio, che la Monarchia è
assai piú eccellente di tutte l'altre pretese forme di
governo, quando presso gl' Isdraeliti la costituì.

Dem. 29 Sacra Scriptura non solum hoc jam laudato id docet, comprobatque loco; sed etiam *Num.* xi ubi: *Interea ortum est murmur populi quasi dolentium pro labore contra Dominum.. quod Moysi intoleranda res visa est, et ait ad Dominum: Cur afflixisti servum tuum? Quare non inveni gratiam coram te, et cur imposuisti pondus universi populi hujus super me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum .. Non possum solus sustinere omnem hunc populum.* Si soli ergo, et uni Moysi Deus imposuerat onus universi regendi populi, ipsa clarius apparet luce, quod Monarchiam Deus non Aristocratiam apud Israelitas constituerat. Quid hoc evidentius, quid luculentius esse, aut concipi unquam poterit? Quæ cum ita sint, in tanta rerum caecutivit luce Calvinus, aut imperitis voluit facere fucum.

Scholion. *Hoc sane loci prætereundum non est quod postquam Moyses in suæ Monarchicæ sollecitudinis partem illos adsciverit Magistratuum ordines, quos paulo ante commemoravimu; idem tamen apud Deum quæritur, quod ipsi soli tantum imposuerit oneris. Quæ sane quœrula verba duas confirmant consolidantque, jam a nobis demonstratas veritates: Prima nempe. quod etiam paritto in alios regendæ multitudinis onere, propter adscitos diversos Magistratuum ordines quemadmodum jam Moyes adsciverat, cum hos questus edebat; non ideo tamen imminuta suprema ejus Monarchicæ potestatis fuerat plenitudo: Secunda, quod idem ipse Deus expresse, et immediate Monarcham apud Israelitas constituerat Moysen: ac ideo sua quoque Deus*

Dem. 29. La Sagra Bibbia ci insegna, e comprova ciò non solo nel già lodato luogo; ma ben anche al *capo* 11. *de' Numeri*, ove » Nacque fra questo mentre » un mormorio del popolo; che quasi doleasi contro » Dio per gl' incommodi . . . Locchè sembrò a Mosè » una cosa intollerabile, e disse al Signore » Perchè » hai afflitto il tuo servo? Perchè incontrata non ho » grazia al tuo cospetto, e perchè indossasti a me il » peso di tutto questo popolo? Che concipj io forse » tutta questa moltitudine, o la generai io, in guisa » che possa tu dirmi: porta tu nel senò tutti costo» ro, come portar suole la nutrice un suo bambino?... » Tutto questo popolo sostener solo io non posso ». Se dunque all' unico, e solo Mosè indossato avea Iddio il peso di reggere tutto quel popolo, più chiaro si scorge della stessa luce, che Iddio presso gl'Isdraeliti istituito avea la Monarchia, non giá l' Aristocrazia. Qual cosa più evidente di questa, qual cosa più manifesta esservi potrà mai, o concepirsi? Così dunque essendo queste cose, o in mezzo a tanta luce incaliginato egli fu Calvino, o imposturar ei volle agliimperiti.

Scolion. In questa circostanza passar certamente non devesi sotto silenzio, che dopo aver Mosè in parte della sua Monarchica cura adottati quei gradi di magistrature, che puoco fa rammentammo, egli medesimo tuttavia si lagna appresso Iddio, che a lui solo avea soltanto imposto nn sí gran peso. Quali querule parole confermano inverità, e corroborano quelle due già da noi demostrate veritàà. La prima, cioè, che ripartito anche in altri il peso di reggere la moltitudine per aver adottato i diversi ordini di magistratura, come giá adottato l'avea Mosè, quando mandava queste lagnanze; non perciò tuttavia sminuita sentivasi la suprema pienezza della di lui Monarchica Potestá. La seconda, che l' istesso medesimo Iddio presso gl' Isdraeliti espressamente, ed immediatamente costituito avea qual Monarca Mosè: e perciò Id-

anetoritate expresse, et immediate comprobaverat, Monarchiam a reliquis omnibus longe excellere, cum non Aristocratiam Politiæ vicinam, ut fulso Joannes effutiebat Calvinus; sed vere, expresse, ac immediate veram, simplicemque instituerat Monachiam.

Dem. 30. Has veritates ambas iterum, et expressius idem ipse confirmat Deus, comprobatque cum ibidem *v.* 16. querulo respondens *Moysi*, *congrega, dixit, mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, qui senes populi sint, et magisiri: et duces eos ad tabernaculum, faciesque ibi stare tecum, ut descendam, et loquar tibi: et auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi, et non tu solus graveris*: Quae sane verba quatuor clarissimos indicant characteres, quibus Deus Monarchicam Moysis potestatem suis ipse verbis, et factis ipsis contestatam voluit, probatamque. 1. quod confirmans electionem illam probatorum virorum, quos Moyses principes populi constituerat, Centuriones, Quinquagenarios, et Decanos, eidem detulit Moysi potestatem, et curam, ut ex eisdem ipsis probatis viris seligeret iterum septuaginta senes, qui senes populi sint, et magistri: quae quidem potestas, et cura praeficiendorum multitudini magistratuum uni, solique delata Divinitus Moysi, uni, solique Moysi delatam divinitus innuit, certoque demonstrat regendae multitudinis potestatem, curamque supremam. 2, Cum Moysi dixit Deus: *Et duces eos ad ostium tabernaculi*, aperissime ostendit se uni, solique Moysi potestatem contulisse supremam ducendi eos senes,

dio colla sua autorità ancora espressa, ed immediatamente comprovato avea, che la Monarchia è la più eccellente di tutte le altre; mentre presso gl' Isdraeliti istituito non vi avea l'Aristocrazia vicina alla Democrazia, come stolta, e falsamente spacciava Giovanne Calvino; ma veramente, espressa, ed immadiatamente la vera, e semplice Monarchia.

Dem. 30. Tutte e due queste verità lo stesso medesimo Iddio un altra volta, e più espressamente le conferma, e comprova, quando nel madesimo capo v. 16. » rispondendo al querulo Mosè, congregami, » gli disse, i settanta uomini degl'anziani di Isdrae» le, che tu sai, i quali gl' anziani siano, ed i maestri » del popolo: e li condurrai teco nel tabernacolo, e » li farai star ivi teco, acciò io scenda, e ti parli: e » prenda dal tuo spirito, e lor lo dia per sostener e» glino con te il peso del popolo, e non ne sii tu sol gra» vato. » Tutte queste parole indicano certamente quattro chiarissimi caratteri, co' quali Iddio contestare volle colle sue stesse parole e comprovar anche co' fatti istessi la Monarchica potestà di Mose 1. Perchè confermando quell' elezione degl'Uomini probi, che Mosè costituito avea principi, centurioni, quinquegenarj, e Decurioni del popolo, conferì al medesimo Mosè la cura, e la potestà di scieglierne di bel nuovo fra i medesimi uomini probi settanta anziani da dover essere gl' anziani, e maestri del popolo: questa potestá invero, ed incombenza di proporre alla moltitudine i magistrati da Dio conferita all' unico, e solo Mosè ci significa, e dimostra di certo di essere stata all' unico, e solo Mosè da Dio conferita la suprema jcura e potestà di reggere la moltitudine 2. Quando Iddio disse a Mosè » E li condurrai alla porta del tabernacolo » apertissimamente n' dimostrò, di aver egli all' unico, e solo Mosè la suprema potestà conferito di condurre quegl' anziani, di comandare, cioè, a quei mede-

idest ipsis imperandi, qui magistratum gerebant in multitudine. Quì enim Moyses eos poterat ducere senes, si eisdem imperandi non gauderet potestate? Atqui per *Def.* 2. *Cor.* 2. cum unus Magistratibus imperat omnibus, tunc pura est, et simplex Monarchia. Per hæc ergo divina verba apertisfime Deus probatum voluit, contestatumque, se Monarchici regiminis formam apud Israelitas constituisse. 3. Cum ait Deus: *Auferam de spiritu tuo, et tradam eis*, per quam clarissime patefecit, se a spiritu Moysis tamquam a plenissimo fonte septuaginta derivaturum potestatis rivulos, qui singuli, et cuncti simul sumpti suum agnoscerent esse in suprema, plenissima, et originaria Moysis potestate, et a qua usque penderent, sicut semper pendent rivuli a fonte. 4. Cum denique subdit Deus: *Ut sustentent tecum onus populi, et non tu solus graveris*: evidentius demonstravit, se eos Magistratus in partem oneris tantum adfcitos velle, non vero in potestatis plenitudinem. Hoc quidem ita se esse, præter quam quod ex se apertissimum est; luculentius tamen ibidem loci ipsa comprobat sacra Scriptura. Ibi enim *v.* 24. scriptum legimus: *Venit igitur Moyses et narravit populo verba Domini, congregans septuaginta viros de Senibus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditque Deus per nubem, et locutus est ad eum. auferens de spiritu, qui erat in Moyse, et dans septuaginta viris. Cumque requievisset in eis spiritus, prophetaverunt, nec ultra cessaverunt. Remanserunt autem in castris duo viri, super quos requievit Spiritus. Nam et ipsi descripti fuerant, et non exierant ad tabernaculum.*

simi, che le magistrature indosaavano nella moltitudine. Dapoichè in qual modo poteva Mosè quegli anziani condurre, se la potestà non avea di comandarglielo? Ma per la Def. 2· Cor. 2. quando comanda un solo a tutti i magistrati, allora pura, e semplice Monarchia ella si è, Per queste divine parole adunque apertissimamente Iddio comprovar volle, e contestare, di aver egli medesimo presso gl' Isdraeliti costituta la Monarchica forma di regime. 3. Quando Iddio disse » Prenderò del tuo spirito, e lo darò ad essi » assai chiarissimamente ci manifestò, che era egli per derivare dallo spirito di Mosè, come da pienissimo fonte settanta ruscelli di potestà, i quali ognuno in particolare, e tutti insieme il loro essere riconoscessero dalla suprema, pienissima, ed originaria potestà di Mosè, e dalla quale dipendessero sempre, come dalla fonte dipendono sempre i ruscelli. 4 Quando finalmente, Iddio soggiunge » Acciò teco sostengano il peso del popolo, e gravato non ne sii tn solo » più evidentemente dimostrò di voler egli, che quei magistrati chiamati erano stati, ed ammessi in parte solamente di quel peso, non mai però alla pienezza di potestá. Ciò essere certamente così, oltre esser da se stesso manifestissimo, più evidentemente tuttavia ce lo comprova nello stesso luogo la stessa Sagra Scrittura. Dapoichè ivi medesimo al verso 24. leggiamo scritto » Venne dunque Mosè, ed espose » al popolo le parole del Signore, congregando i set- » tanta uomini degl' anziani d' Isdraello, che li fè « stare intorno al tabernacolo. E scese il Signore » Iddio per la nuvola, ed a lui parlò... prendendo » dallo spirito, che era in Mosè, e dandolo a'settan- » ta nomini. E quando in essi riposò lo spirito, pro- » fetarono, e non cessarono mai piú. Restarono » negl' accampamenti due uomini, su i quali riposò » lo spirito. Imperocchè eglino erano stati anche de- « scritti, e non erano iti al tabernacolo. E profet-

Cumque prophetarent in castris, cucurrit puer, et nuntiavit Moysi. Statim Josue filius Nun, Minister Moysis, et electus a pluribus, ait: Domine mi Moyses prohibe eos. Si ergo Josue, qui unus erat ex illis, super quos requieverat Spiritus, vocat Moysen Dominum suum, et suggerit eidem, ut prohibeat, quin illi duo prophetent; argumentum equidem evidentissimum est, quod et senes illi subdebantur Moysi, et Moyses e contra imperabat omnibus illis; aliter Josue nec Dominum suum vocasset Moysen, nec ut illis prohibendo imperaret, suggessisset eidem. Atqui per *Def.* 2 *Cor.* 2., qui Magistratibus imperat omnibus, Monarchica gaudet potestate. Moyses ergo etiam post derivatum ex eodem in illos Magistratus spiritum, et potestatem, apud Israelitas, ex institutione divina Monarchica gaudebat potestate. Quid luculentius [his ad ostendendum contra Calvinum, quod Deus sua quoque auctoritate comprobaverit, ab omnibus aliis longe excellere Monarchiam, cum eamdem apud Israelitas institutam voluit, constituitque.

Dem. 31, Quin imo Deus ad tuendam Monarchicam Moysi collatam potestatem, et curam, eo zelo usus est, ut Mariam Moysis sororem foeda lepra percusserit, ex illo solo capite, quod contra Monarchicam, supremamque fratris murmurasset potestatem; quemadmodum apertissime Sacra Scriptura testatur *Num.* 12. v. 1. et sequentibus, ubi: *Locutaque est Maria, et Aaron contra Moysen, et dixerunt. Num per solum Moysen locutus est Dominus? Nonne, et nobis similiter est locutus? Quod cum audisset Dominus, iratus est. Erat enim Moyses vir mitissimus. Statim locutus est Dominus ad eum, et ad Aaron, et Mariam: Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fæderis. Cumque fuissent egressi descendit*

» tando essi negli accampamenti, corse un servo, e
» lo avvisò a Mosè. Tosto Gesuè figliuol di Nun,
» ministro di Mosè, ed eletto fra i molti disse: O
» mio Signor Mosè, proibisci tu a questi » Se dunque Gesuè, che uno era di quei, su i quali riposato era lo spirito, chiama Mosè suo Signore, e suggerisce al medesimo di proibire, che quei due profetassero; argomento evidentissimo certamente egli si è, e che quegl' anziani erano a Mosè soggetti, e che Mosè all' opposto, comandava a tutti quelli. Altrimenti Gesuè e non avrebbe chiamato Mosé suo Signore, e suggerito non avrebbe al medesimo, che proibendo comandasse a quelli. Ma per la Definizione 2. Corol. Chi comanda a tutti i magistrati, gode della Monarchica potestà. Mosê adunque dopo anche essere stato derivato da lui in quei magistrati lo spirito, e la potestà, per divina istituzione godea presso gl' Isdraeliti la Monarchica potestá. Quale cosa più evidente di questa per dimostrar contra Calvino, che Iddio colla sua autorità abbia pure comprovato, che assai più eccellente di tutte è la Monarchia, quando presso gl' Isdraeliti istituita la volle, e stabilita?

Dem. 31. Anzi anzi Iddio per difendere la Monarchica cura, e potestà a Mose conferita, usò tanto zelo, che percosse con sozza lepra Maria sorella di Mosè per quel solo motivo, che essa murmurato avea contro la Monarchia, e suprema potestà del fratello, come apertissimamente ce lo attesta la Sagra Scrittura al *cap.* 12. *de' Numeri v.* 1. *e seqq.* ove » Parlò Maria
» ed Aronne contro Mosè, e dissero: forse il Signo-
» re ha parlato per organo del solo Mosè? Non ha
» egli forse similmente parlato anche a noi? Lo che
» inteso avendo il Signore, se ne sdegnò. Imperoc-
» chè Mosè era mitissimo. Subito parlò il Signore
» a Mosè, e ad Aronne, e Maria. Andate voi tre
» soltanto al tabernacolo dell' alleganza. Ed essen-
» dovi essi andati, discese il Signore nella colonna

Dominus in columna nubis, et stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron, et Mariam. Qui cum issent dixit ad eos: Audite sermones meos, si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis servus meus Moyses, qui in Domo mea fidissimus est. Ore enim ad os loquar ei; et palam, et non per somnium, et figuras videt Dominum. Quare ergo non timuistis detrahere servo meo Moysi? Iratusque contra eos abiit. Et ecce Maria apparuit candens lepra, quasi nix. Cumque respexisset eam Aaron, et vidisset perfusam lepra, ait ad Moysen: Obsecro Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stulte commisimus. Ut caetera omittamus, nemo non videt, quod Deum locutum fuisse per solum Moysem, idem fuerit, ac dixisse, quod Deus per solum Moysen Israelitas rexisset, et gubernasset. Nam si Israelitae Deo omnes obedire tenebantur, et Deus Israelitis loquebatur per solum Moysen; soli Moysi tamquam ipsi Deo obedire tenebantur omnes Israelitae. Atque ideo solus, et unus Moyses, Dei plenas gerendo vices, Israelitas moderabatur omnes, regebatque. Cum ergo Maria, dixit: *Num per solum Moysen locutus est Dominus? Nonne et nobis similiter est locutus?* idem fuit, ac dixisse: Num per solum Moysen Israelitas gubernat Deus, regitque? Nonne et per nos similiter regit, gubernatque? Atqui per *Def.* 2. et 3. id idem est, ac dixisse, quod Deus apud Israelitas Aristocratiam constituerit, non vero Monarchiam. Sed id peccatum fuit, quod iram commovit divinam, et foeda lepra dignum. Calvinus ergo, suique, qui Deum apud Israelitas non Monarchiam,

» di nuvola, e si fermò nell' ingresso del tabernacolo
» chiamando Aronne, e Maria. I quali iti essendo,
» gli disse: Ascoltate i miei sermoni: se vi sarà
» fra voi un qualche Profeta del Signore, io gli com-
» parirò in visione, o gli parlerò per mezzo di sogno.
» Ma non così il servo mio Mosè, che fedelissimo si
» è nella mia casa. Dapoicchè parlerò a lui di bocca,
» a bocca; ed egli vede il Signore manifestamente,
» e non per figura, o sogno. Perchè non temeste de-
» trarre al mio servo Mosè? Ed irato contro loro, se ne
» andò. Ed ecco Maria comparve bianchegiante di lebra
» come la neve. Ed avendola Aronne guardata, e vedu-
» tala coperta di lebra, disse a Mosè: Ti scongiuro, o Si-
» gnore, acciò tu non indossi a noi questo peccato,
» che stoltamente commisimo » Per ommettere l' altre
cose, niuno non vede, che l'aver Iddio parlato per or-
gano del solo Mosè, sia stato lo stesso, che aver det-
to, che Iddio avea retto, e governato gl' Isdraeliti per
mezzo del solo Mosè. Imperocchè se gl' Isdraeliti e-
rano tutti tenuti di obbedire a Dio, e Iddio parlava
per mezzo del solo Mosè; al solo Mosè, come allo
stesso Dio di obbedire tenuti erano gl' Isdraeliti tutti.
E perciò l' unico, e solo Mosè facendo pienamente le
veci di Dio, reggeva, e regolava gl' Isdraeliti tutti.
Quando dunque Maria disse » Forse ha parlato il Si-
» gnore per mezzo del solo Mosè? Non ha forse si-
» milmente parlato ancora a noi? » Fu lo stesso che
aver detto: forse Iddio regge, e governa gl'Isdraeliti
per mezzo del solo Mosè? Forse non li regge simil-
mente, e governa anche per mezzo di noi? Ma per
la Definizione 2., e 3. ciò è lo stesso, che aver det-
to, che Iddio presso gl' Isdraeliti costituito avea l'A-
ristocrazia, e non già la Monarchia. Ma questo fu un
peccato, che promosse l' ira divina, e degno della soz-
za lebbra. Calvino dunque e i suoi, che acerrima-
mente pretendono di aver Iddio presso gl' Isdraeliti
costituito non giá la Monarchia, ma l'Aristocrazia vi-

sed *Aristocratiam Politiæ* vicinam constituisse contendunt acerrime; Divinam commovent iram; eadem sunt fœda lepra digni; illud ipsum peccatum stulte committunt, quod illa Maria. Quæ cum ita sint: quis tam effrons erit hæreticus, qui inficias ibit, Deum ad tuendam Monarchicam Moysi a se collatam potestatem Israelitas regendi, tot, et tanta patrasse portenta, tantamque in Aaron, et Mariam ostendisse indignationem, et iram, tot, tantisque laudibus Moysen extulisse, ejusque fidem, mores, et diligentiam? Quis inficiabitur, inquam, Deum tantis redargutionibus comprobasse, se apud Israelitas instituisse, ac sarctam tectam voluisse Monarchiam? Monarchiam ergo Deus Omnipotens, Optimus, cum primum condidit in Adamo; cum per acquarum diluvium eamdem sedulo restituit in Nohemo; cum eamdem in Abrahamo, Isacco, et Iacobo subinde conservavit; cum eamdem denique tanta cura in Moyse restauravit apud *Israelitas*, ac tutatus est: sua ipse *Deus* auctoritate toties quoque comprobatum voluit quidem, testatumque, Monarchiam præ reliquis omnibus optimam esse, et pulcherrimam, maxme si in toto Orbe Terrarum constituatur: et universa Ecclesia. Quod sane contra Calvinianos erat a nobis recudendum; et quod jam centies vel ipsa meridiana luce lucidius probatum est, atque recusum; quodque millies insuper millibus aliis ex Sacra Scriptura deductis comprobari, confirmarique posset clarissimis argumentis, et testimoniis, quæ quidem nunc, ne plus æquo prolixi videamur, libenter omittimus.

Dem. 32. Verum pro Calvini causa Calvinianus quis fortasse reponet: Victas tendimus manus, ingenueque fatemur, Deum O: M: Sarctam tectam perpetuo ingentibus, innumerisque portentis, et miraculis tui-

cina alla Polizia, commuovono l'ira divina, e degni sono di quella sozza lebbra; stoltamente commettono il medesimo peccato, che quella Maria. Così queste cose essendo, qual vi sarà mai sì sfrontato eretico che negherà di aver Iddio operato per difendere, e mantenere la Monarchica potestà di reggere gl' Isdraeliti da lui a Mosè conferita, di aver operato, io dico, tali, e tanti portenti, e di aver dimostrato tanto sdegno, ed ira contro Aronne, e Maria, e di aver a tante lodi inalzato Mosè, e la di lui fedeltà, costumi, e diligenza? Chi mai contrasterà, io dico, che Iddio con tante redarguzioni comprovato abbia di aver egli presso gl' Isdraeliti istituita la Monarchia, e di averla voluto sempre salva, intatta, ed in vigore? L' Onnipossente adunque Ottimo Iddio quando da principio fondò la Monarchia in Adamo; quando per mezzo del diluvio dell'acque diligentamente la restituì in Noemo; quando la conservò in Abramo, e di mano in mano in Isacco, e Giacobe; quando finalmente con tanta cura la restaurò, e difese presso gl' Isdraeliti in Mosè; tante volte Iddio istesso certamente volle colla sua autorità comprovare ancora, e contestare, che in preferenza di tutte l'altre la Monarchia è l'ottima, e la più bella massime se si costituisca in tutto il Mondo, ed in tutta la Chiesa. Ciocchè certamente ribatter da noi si dovea contro i Calvinisti, e che abbiano cento volte già provato, e ribattuto più chiaro anche della stessa meridiana luce, e che si potrebbe mille altre volte ancora comprovare, e confermare con mille altri argomenti, e chiarissime testimonianze dalla Sagra Bibbia dedotte, le quali per ora volentieri tralasciamo per non sembrare più del dover prolissi.

Dem. 32 Ma per difender la causa di Calvino, un qualche Calvinista forse replicherà: Noi stendiamo vinte le mani, ed ingenuamente confessiamo, che Iddio Ottimo Massimo con ingenti, ed innumerevoli portenti, e miracoli ha perpetuamente mantenuto sana, e

tum fuisse Monarchiam in Terris, tamquam immaginem quidem illius perfectissimæ Monarchiæ, quæ in Cœlis beata, et immutabilis viget, æternumque vigebit: Concedimus scilicet ad Moysen usque, et Josue, atque eousque divisa in omnes Israelitarum Tribus fuerit Terra promissa, Monarchico Deum regimine Israelitas rectos quidem voluisse, et gubernatos: De hoc nullam movemus litem; quod vero nos, Calvinusque contendimus, aliud equidem est, divisa nimirum Terra promissa, divisis in plurimas, et varias Civitates, disjunctasque provincias Israelitis omnibus, Civitatibus constitutis, compositisque Israelitarum rebus, Deum apud eos non Monarchiam quidem, quæ omnium deterrima est, sed Aristocatiam Politiae vicinam, utpote omnium optimam, constitutam voluisse, ac revera constituisse. Atque ideo de istorum novissimorum temporum Israelitico regimine locutum dicimus fuisse Calvinum, cum supposuit, Deum apud Israelitas Aristocratiam instituisse *Politiae vicinam*: Quod sane inficias ibit nemo, modo de illis Magistratibas cogitet, quos in unaquaque Deus Civitate constituit, ac de illa potestate suprema, quam Deus ipse apud conventum reposuit Sacerdotum, quam Synagogam dicimus: Hic nostrae questionis status verus est, haec nostra vera contentio. Quis vero jure ibit inficias, Synagogae, tamquam supr ma potestate divinitus donatae Israelitas omnes obtemperare ex institutione oportuisse divina? Atqui, cum plures imperant, Aristocratia est, non Monarchia. Jure meritoque scripsit ergo Calvinus, quod a reliqnis omnibus longe excellere Aristocratiam, sua quoque Deus auctoritate comprobaverit, cum eam constituit apud Israelitas.

Sic porro arguentes isti Calviniani fateantur, oportet; se contendere quod Moyse, Josueque defunctis, rebusque Israelitarum compositis in Terra promissa,

salva la Monarchia in terra, come certamente un immagine di quella perfettissima Monarchia, che beata, ed immutabile in Ciel fiorisce, e fiorirà in eterno; concediamo, vale a dire, che sino a tempo di Mosè, e di Gesuè, e sino a quando divisa fu a tutte le Tribù degl' Isdraeliti la terra promessa, Iddio certamente volle gl' Isdraeliti da monarchico regime retti, e governati: alcuna lite non moviamo noi su questo punto; ciò che Calvino, e noi sostenghiamo, tutt'altro è certamente; che divisa, cioé, la terra promessa, divisi gl' Isdraeliti tutti in moltissime, e varie Cittá, e separate provincie, dopo essere state stabilite le Città, e rassettate le cose degl' Isdraeliti, Iddio non volle certamente presso loro istituita, ed in effetto constituita la Monarchia, che di tutte è la deteriore, ma l'Aristocrazia vicina alla Polizia, come quella che fra tutte è l' ottima. E perció noi diciam, che dell' Isdraelitico regime di questi ultimi tempi parlava Calvino, quando suppose, che Iddio presso gl' Isdraeliti istituito avea l'Aristocrazia alla Polizia vicina. Locchè inverità non lo negherà mai alcuno, soltanto che rifletta a quelli Magistrati, che Iddio in ciascuna Città costituì, ed a quella suprema potestá, che Iddio collocò presso la radunanza de' Sacerdoti, che noi chiamiamo Sinagoga. Questo è il vero stato della nostra quistione, questo è il nostro vero contrasto. Chi poi potrà mai giustamente negare, che tutti gl' Isdraeliti erano per istituzione divina tenuti obbedire alla Sinagoga come da Dio dotata della suprema potestà? Ma quando comandano molti, è Aristocrazia, non Monarchia. Con tutta ragione adunque scrisse Calvino, che Iddio colla sua autoritá comprovato ancora avea che l'Aristocrazia è la più eccellente assai di tutte l'altre, quando presso gl' Isdraeliti la costituì.

Cosí argomentando questi Calvinisti fa di uopo certamente, che confessino, essi pretendere, che dopo la morte di Mosè, e di Gesuè, e rassettate le cose de-

Deus, illa abrogata regiminis forma, qua Moysi loquens, eidem mandata dabat ad Israelitas omnes, atque omnes vicissim Israelitae, sicut ipsi Deo, ita et eidem Moysi, ejusque successoribus dicto audientes esse debebant; hac, inquam, abrogata regiminis Monarchica forma, ad regendos Israelitas non amplius postea unius opera usns fuerit, sicut Moysis tempore, et Josue; sed omnium illorum, quibus Synagoga constabat Sacerdotum: et propterea non amplius post illac suscitaverit Deus apud Israelitas Prophetam sicut Moysen, Prophetam scilicet, et ducem, cui prae caeteris omnibus, qui Synagogam componebant, singulari quadam loqueretur Deus ratione, et familiaritate, et cui Israelitae omnes in omnibus, et per omnia dicto audientes esse oportuerit. Sed hoc falsissimum esse Sacra Scriptura docet, comprobatque. Falsum ergo, falsissimum, quod apud Israelitas Deus, Israelitarum rebus compositis in Terra promissa, non amplius loquens per unius operam ducis, atque Prophetae, sicut antea fecerat per Moyen, supremam regendi potestatem Synagogae tribnerit, ac pristinam mutaverit Monarchici regiminis formam. Sed hoc falsissimum esse docet Sacra Scriptura, Falsum ergo, falsissimum, quod apud Israelitas etc. Quod autem Deus, sicut antea per unius, et solius Moysis vocem locutus fuerat Israelitis, et rexerat eos; ita quoque moderatus fuerit eosdem post compositas res in Terra promissa, clarissime Sacra Scriptura docet, testaturque illis apertissimis verbis Deutor. 18. v. 9. et seqq. Ubi sic Israelitas fatus inducitur Moyses: *Quando ingressus fueris Terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, cave ne imitari velis abominationem illarum*

gl' Isdraeliti, nella terra promessa, Iddio, annullata quella forma di reggime, per cui parlando egli a Mosè, dava al medesimo i comandi da recarsi agl'Isdraeliti tutti, ed all' incontro gl' Isdraeliti tutti obbedir doveano, come allo stesso Dio, così a Mosè, ed a' di lui successori, annullata, dico, questa Monarchica forma di governo, per reggere gl' Isdraeliti, non più Iddio si servì dippoi dell' organo di un solo, come a tempi di Mosè, e Gesuè, ma di tutti quei Sacerdoti, di cui composta veniva la Sinagoga: e perciò non più da quel tempo in poi suscitato abbia Iddio presso gl' Isdraeliti un Profeta, come Mosè, un Profeta, cioè, e condottiero, a cui in preferenza di tutti quei, che componevano la Sinagoga, in un certo particolar modo, e familiarità Iddio parlasse, ed a cui gl' Isdraeliti tutti in tutto, e per tutto ubbidienti esser dovessero. Ma la Sagra Scrittura insegna, e comprova, che falsissimo è tutto ciò. Falso falsissimo è dunque, che dopo rassettate le cose degl' Isdraeliti nella terra promessa Iddio non parlando più per mezzo di un solo condottiero, e Profeta, come per lo avanti fatto avea per mezzo di Mosè, conferito abbia la suprema potestá di reggere alla Sinagoga, e cambiato abbia così l'antica forma di monarchico regime; ma la Sagra Scrittura, io dico, ci insegna essere ciò falso falsissimo. Falso falsissimo adunque che presso gl' Isdraeliti.... Che poi Iddio siccome avea per lo avanti parlato agl' Isdraeliti, e li avea governato per mezzo della voce dell' unico, e solo Mosè, nella stessa guisa ancora governato abbia i medesimi dopo rassettate le cose della terra promessa, apertissimamente ce lo insegna, ed attesta la Sagra Bibbia in quelle chiarissime parole del Deutoronomio *capo* 18. *v.* 9 *e segg.*, ove si rapporta di aver Mosè parlato agl' Isdraeliti in questi accenti:
» Quando entrato sarai nella terra, che il tuo Signo-
» re Iddio ti dará, guardati di voler imitare l'abomi-

gentium, nec inveniatur in te, qui lustret filium suum... omnia enim hæc abominatur Dominus, et propter hujusmodi scelera delebit eos in introitu tuo. Gentes istae, quarum possidebis terras, augures, et divinos audiunt: tu autem a Domino Deo tuo aliter institutus es. Prophetam de gente tua, et de Fratribus tuis SICUT ME SUSCITABIT TIBI DOMINUS DEUS IPSUM AUDIES. *Ut petisti a Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti: Ultra non audiam vocem Domini Dei mei, et ignem hunc maximum ultra non videbo, ne moriar. Et ait Dominus mihi. Bene omnia sunt locuti. Prophetam suscitabo de eis de medio Fratrum suorum similem tui, et ponam verba mea in ore ejus, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi: qui autem* VERBA EJUS, QUÆ LOQUETUR IN NOMINE MEO, AUDIRE NOLUERIT, ULTOR EXISTAM. Cum ita clare Sacra Scriptura loquatur; quis Calvinianorum vel Calvino impudentior ipso inficiari audebit, his apertssimis suis verbis D.O. M. comprobatum voluisse, contestatumque, quod etiam post compositas Israelitarum res in Terra promissa, apud Israelitas eadem illa perpetuo steterit regiminis Monarchica forma, quae Moysis, et Josue temporibus jam pridem divinitus obtinuerat, vigueratque? Si enim per haec laudata, divna, et apertissima verba clarissime patet, Deum rigidissime praecepisse Israelitis omnibus, ut nemine excepto vel ex iisdem ipsis Magistratibus, et Sacerdotibus, qui Synedrium componebant, ut, inquam, omnes ad unum unum, et solum audirent Moysis successorem, eidemque uni, et soli omnes dicto audientes essent, etiam post ingressum in Terram promissam; qua ratione, qua fronte contendere quis audebit, quod apud Israelitas Deus,

» nazione di quelle genti, ne si ritrovi in te, chi pu-
» rifichi il suo figliuolo.. Imperocchè il Signore abo-
» mina tutte queste cose, e per tali scelleragini li de-
» struggerà tutti nel tuo ingresso. Queste genti, di
» cui tu posséderai le terre, ascoltano l'arioli, e gl'in-
» dovini; tu però sei diversamente istituito dal tuo
» Signore Dio. Il tuo Signore Iddio dalla tua gente,
» e dei tuoi fratelli susciterà un Profeta come me,
» quest' dovrai tu ascoltare. Come dimandasti dal tuo
» Signore Dio, in Horeb, quando congregata fu la ra-
» dunanza, e dicesti: Non udirò più per l'avvenire
» la voce del mio Signore Dio, e non vedrò più que-
» sto grandissimo fuoco, per timor di restarne mor-
» to. Ed il Signore disse a me: Han detto tutto be-
» ne, io susciterò da loro, e da in mezzo a' loro fra-
» telli un Profeta simile a te, e nella di lui bocca
» porrò le mie parole, ed ei rapporterà loro tutte le
« cose, che gl' avrò io comandato: chi poi ascoltar
» non vorrà le di lui parole, che proferirà egli in mio
» nome, ne sarò io vendicatore » Cosí chiaramente
parlando la Sagra Scrittura. Chi mai de' Calvinisti, o
più impudente anche dello stesso Calvino ardirà di ne-
gare, che Iddio Ottimo Massimo con queste sue chiaris-
sime parole comprovar abbia voluto, e contestare, che
anche doppo rassettate le cose degl' Isdraeliti nella ter-
ra promessa sia perpetuamente durata presso gl' Is-
draeliti quella medesima forma di governo, che sin
da' tempi di Mosè, e Gesuè era stata già da gran tem-
po divinamente introdotta, ed in vigore? Imperocchè
se da queste sopra trascritte divine, ed apertissime
parole chiarissimamente si scorge, che Iddio rigidis-
simamente prescrisse a tutti gl' Isdraeliti, che senza
eccettuarne neppur un solo degli istessi anche mede-
simi Magistrati, e Sacerdoti, che il Sinedrio compo-
nevano, gli prescrisse, dico, che tutti affatto ubbidis-
sero all' unico, e solo successor di Mosè dopo l'in-
gresso della terra promessa; in qual modo, con qual
fronte ardirá alcun pretendere, che Iddio presso gli

Israelitarum compositis rebus in Terra promissa, non amplius loquens per unius operam ducis, atque Prophetae, quemadmodum antea fecerat per Moysen, Josuemque, supremam Israelitas regendi potestatem, facultatemque aliis Magistratibus tribuerit, et Synagogae; ac Monarchici pristinam mutaverit regiminis formam; pulcherrimam scilicet abrogaverit Monarchiam, deterrimam vero, et Politiae vicinam apud Israelitas constituerit Aristocatiam, vel statum temperatum ex ipsis, ut Calvinus blaterat, et Calviniani? Quis, inquam, tam effrons erit haereticus, qui si ea, quae hucusque praelibavimus, probe intellexerit; non ultro, ingenueque fatebitur, Sapientissimum Omnipotentem Deum ab ispa Mundi constitutione, factis ipsis, et expressis verbis, magnisque miraculis, et portentis, Monarchicum regimen constituendo in Adamo, reparando in Nohemo, conservando in Abrahamo, restituendo in Moyse, perpetuando apud Israelitas omnes in Terra promissa, non innuisse. non satis comprobasse, evidentissime immo non præcepisse, ut Monarchica regiminis forma ab hominibus omnibus optima, et pulcherrima habeatur, seligaturque, atque in toto constituatur Orbe Terrarum, et Universa Ecclesia, ac ut universorum hominum unus in toto Orbe Terrarum fiat Pastor, et unum ovile? Quod quidem Prophetæ, et Patriarchæ enixe deprecati sunt; quod Iesus Christus immensa sua bonitate perficiendum venit, futurumque certo promisit; quod omnes boni maxime sperant, suspirantque, votisque expetunt omnibus; mali vero, ut Calvinus, ac sui magnopere aversantur, timent, et horrent, omnique quamvis irrito

Isdraeliti, dopo rassettate degl' Isdraeliti le cose nella terra promessa non parlando egli più per organo di un sol condottiero, e Profeta, come per lo addietro fatto avea pell' organo di Mosè, e Gesuè, abbia ad altri Magistrati, ed alla Sinagoga la suprema potestà concesso, e facoltà di reggere gl' Isdraeliti, e che cambiato abbia l' antica monarchica forma di governo, che abbia cioè annullato la bellissima Monarchia, ed abbia presso gl' Isdraeliti costituito la sgraziatissima Aristocrazia alla Polizia vicina, od uno stato di esse mescolato, come stoltamente spacciar vuole Calvino, e i Calvinisti! Qual' eretico sarà mai, io dico, tanto inverecondo, che se avrà ben compreso quanto abbiam sinora prelibato, non confesserà spontanea, ed ingenuamente, che il Sapientissimo Onnipotente Iddio sin dalla stessa creazion del Mondo co' fatti istessi, e coll' espresse parole, e per mezzo di gran miracoli, e portenti costituendo in Adamo il Monarchico regime, riparandolo in Noè, conservandolo in Abramo, restituendolo in Mosè, perpetuandolo presso gl' Isdraeliti tutti nella terra promessa, non ci abbia indicato, non abbastanza comprovato, non ci abbia anzi evidentissimamente comandato, che la Monarchica forma di regime venga da tutti gli uomini reputata l' ottima, e la più bella, e scelta, e costituita in tutto il Mondo, ed in tutta la Chiesa, e che in tutto il Mondo un solo Pastore, si facci di tutti gli uomini ed un Ovile? Ciocchè certamente i Profeti, edi Patriarchi hanno a tutta forza implorato; ciocchè Gesù Cristo ad effettuar per sua immensa Bontà ei venne, e che infallibilmente promise di doversi avverare; ciocchè tutti i buoni grandissimamente sperano, e sospirano, e con tutto il fervore istantemente dimandano; i malvaggi però, come Calvino, e suoi, grandemente abborriscono, temono, e se ne atteriscono, e che a tutta possa seben inu-

certe nisu effugere conantur, et impedire. Quoniam autem, quoad hanc attinet evidentissimam veritatem, eamdem satis, superque probasse opinamur, et confirmasse; alia firmissima argumenta, quæ pæne innumera Veteris Testamenti Sacra Scriptura ministrat, libenter omittimus, ne benevolis Lectoribus inutile videamur peperisse fastidium. Illud equidem ammadvertendum videtur, nos hucusque luce clarius demonstrasse, Monarchiam tamquam omnium optimam, et pulcherrimam Naturali, Divinaque lege hominibus esse præscriptam, præsertim si de toto agatur Orbe Terrarum, et universa Ecclesia, idque nos clarissime adstruxisse, quod initio quidem hujus Capitis promiseramus, tum ipsorum Ethnicorum Philosophorum, ac Oratorum etiam Republicanorum auctoritatibus, et sententiis, tum rationibus, et argumentis ex simplicissimis Juris Naturæ Principiis nitide, lucideque deductis, tum denique augustissima auctoritate Juris Divini revelati, Divinaque institutione in Veteri Testamento. Quæ cum ita sint, cum, inquam, tot, tantisque invictissimis argumentis, et rationibus vel ipsa meridiana luce clarius probatum, comprobatumque jam sit, optimam pulcherrimamque Monarchiam ab omnibus aliis longe excellere, idque Deum O. M. sua quoque summa auctoritate toties confirmasse, cum eam ab ipsa Mundi Creatione toties constituit, totiesque hominibus servandam rigidissime præscripsit, et maxime Israelitis; cum haec, inquam, ita sint; quis Calvinianorum ad oppugnandum Primatus Divi Petri, Monarchiæ scilicet Ecclesiasticæ Dogma Divinum, cum impio audebit blaterare Calvino, Deum Optimum Maximum, qui Optimus optima gignit, Jesum Christum ipsam Monarchiam, tamquam omnium, ut ipsi effutiunt, deterrimam instituere non potuisse, maxi-

tilmente di scanzar si sforzano, ed impedire. Perchè poi per quanto a questa evidentissima verità si appartiene, opiniamo di averla strabbocchevolmente provata, e confermata, per non sembrare di voler a' benevoli leggitori apportare un fastidio inutile, tralasciam volentieri gl'altri fortissimi argomenti, che quasi innumerevoli ci somministra la Sagra Scrittura del Testamento Antico. Ci sembra bensì da doversi riflettere, che noi sin quà evidentissimamente dimostrato abbiamo, e della luce istessa assai più chiaro, che la Monarchia, come l'ottima di tutte, e la più bella, da naturale, e divina legge viene agli uomini prescritta, e comendata, principalmente se si tratti del Mondo tutto, e di tutta la Chiesa; e che ciò, come promesso nel principio di questo capo lo avevamo, dimostrato l'abbiamo e colle autorità, e sentenze degl'istessi Etnici Filosofi, ed Oratori anche Republicani, e con raggioni, ed argomenti nitida, e lucidamente dedotti da' più semplici principj del Dritto della Natura, e finalmente coll' augustissima autorità del Dritto Divino Rivelato, e dalla divina Istituzione nel Testamento Antico. Così le quali cose essendo, essendo, dico, che con tali, e tante invittissime ragioni, ed argomenti, più chiaro anche della stessa meridiana luce dimostrato già si è, e comprovato, che la Monarchia ottima ella è, e la più bella, e di tutte l'altre assai più eccellente, e che ciò lo confermò anche tante volte colla sua autorità Iddio Ottimo Massimo, quando tante fiate la costituì sin dalla stessa creazion dell'Universo, e tante fiate rigidissimamente prescrisse agli uomini di osservarla, e principalmente agl'Isdraeliti. Così queste cose essendo, io diceva, chi mai de' Calvinisti per oppugnare il divino Domma del Primato di S. Pietro, cioè dell' Ecclesiastica Monarchia, ardirà stoltamente spacciare coll'empio Calvino, che Iddio O. M. Gesù Cristo, il quale Ottimo Iddio essendo ottime cose sempre fa, istituir non abbia potuto questa Monarchia, perchè, come essi cica-

me in toto Orbe Terrarum, et universa Ecclesia? Potiori ergo jure, multoque potiore ratione Catholici omnes S. Petri Primatum invicte asserentes, et ad aras usque defendentes, ac propugnantes, jure, inquam, meritoque asserimus, et ad aras usque defendimus, ac propugnamus, quod in temporum plenitudine, Monarchiam tamquam optimam regiminis formam optimus, qui optima gignit Deus Jesus Christus, augustiore quadam ratione ac perfectione, qua non praestantior altera, non solum instituere potuit, sed et decuit, sed et voluit, instituitque reapse in sua Universali Ecclesia, cum uni, solique divo Petro dixit: *Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: Pasce oves meas; Confirma fratres tuos; et fiet unus Pastor, et unum Ovile*. Quod quidem sequentis Capitis erit argumentum.

Finis Secundi Tomi.

legiano, è anzi la più deteriore, e massime nel Mondo tutto, ed in tutta la Chiesa? Con molto più forte diritto adunque, e con molto più forte ragione tutti i Cattolici invincibilmente sostenendo il Pimato di S. Pietro, e defendendolo, e propugnandolo a costo anche della propria vita, giustamente dico, e con tutta ragione, sostenghiamo, ed a costo anche della propria vita difendiamo sempre, e propugniamo, che nella pienezza de' tempi Gesù Cristo Ottimo Iddio, che ottimo essendo le ottime cose sempre fa, in una certa più augusta maniera, e perfezione, di cui altra più eccellente non vi è, istituir la Monarchia come quella, che è l' ottima forma di governo, non solamente la potè, ma anche gli convenne, ma anche la volle, e realmente la istituì nella sua universale Chiesa, quando appunto al solo, ed unico S. Pietro disse: » Tu sei Pietro, e sopra questa Pietra fabbricherò io la » mia Chiesa; pasce le mie pecorelle; conforta tu i tuoi » fratelli; e si farà un solo Ovile, ed un sol Pastore. « Locchè appunto fará l'argomento del seguente capo.

Fine del Tomo Secondo.

JURIS CANONI
ELEMENTA
AUCTORE
SANCTO AMAN

2